

Solus Romanus Pontifex jure ordinario c. 4. de elect. c. 3. h. r. nam solus Pape est conferre plenitudinem Pontificalis officii, quae per pallium significatur. Olim ex privilegio pallium conferre poterunt quatuor principales Patriarchae, Alexandrin. Ierosol. Antiochen. Constantinopolitani. R. ad 2. De jure communi pallium conferendum est Archiepiscopis, & his Majoribus, ut Primatibus, & Patriarchis; ad quod instanter petendum obligantur intra trimestre a die consecrationis suae: vel si consecrati sunt, a die confirmationis; alioquin ob negligentiam commissa sibi dignitate privantur Canon. 1. 2. dist. 100. Volentes autem pallii traditionem impedire per objectionem criminis, aut defectus, observare tenentur extra. univ. h. t. inter com. At ex privilegio pallium conceditur quibusdam Episcopis, ut Orleniens, qui Papam consecrare solet, Papiensi, Lucensi, quinque Ecclesiensi, hodie Passaviensi &c.

3. Q. II. Quod jus, seu auctoritas per pallium conferatur? R. 1. Conferatur jus tituli, seu nominis Archiepiscopalis: nam ante obtentum pallium non dicitur Archiepiscopus, sed Metropolitanus c. 2. h. t. 2. Conferatur jus, seu plenitudo Archiepiscopalis officii; in hoc consistens, quod Metropolitanus post acceptum pallium exercere possit actus simpliciter Archiepiscopales, ut visitare provinciam, cogere concilium provinciale &c. & alius Episcopales majores, ut consecrare clericum, dedicare Ecclesias, ordinare Clericos, benedicere Abbates, & virgines &c. cap. 28. de Elect. Minores autem alius Episcopales exercere potest ante obtentum pallium, ut consecrare calices, causas cognoscere, & delegare, licentiam dare alteri Episcopo ad ordinandos Clericos &c. cap. 11. de Elect. Item ab alio invitatus extra provinciam suam solemniter exercere potest actus pontificales, ut consecrare Episcopos &c. nam extra provinciam suam actus exercet, non ut Archiepiscopus, sed ut Episcopus simplex, cum extra provinciam pallio uti nequeat cap. 1. hoc lit. 3. Hoc jus pallii est personale certo territorio definitum cap. 2. hoc tit. unde nec alteri est commodabile, nec transmissibile ad successorem, nec transferibile ad alterum Archiepiscopatum. Unde si Archiepiscopus transferatur ad alium Archiepiscopatum, novum pallium petere debet cap. 4. de postul. Pralat. in fin. & mortuus cum utroque sepelitur. Si vero pallium incendio, vel alio casu absumatur, non poterit exercere actus majores pontificales, nisi urgeat necessitas, & utilitas Ecclesiae.

4. Q. III. Quis sit usus pallii? R. 1. Romanus Pontifex semper, & ubique; ceteri nec semper, nec ubique pallio uti possunt c. 4. h. t. ubi ratio additur, quia Papa assumpsit esse in plenitudinem Ecclesiasticae potestatis, alii vero vocati sunt in partem sollicitudinis. R. 2. Archiepiscopi utuntur pallio limitate quo ad locum, scilicet in Ecclesiis suae provinciae tantum cap. 1. h. t. ex quo explicatur, & suppletur c. 6. eod. tit. ubicumque, hoc est, in quacumque Ecclesia iure provinciae. Quod tempus concernit, assignantur certe sollicitudines, & dies, quibus uti possunt, ut festa Domini, Apostolorum, quatuor festa B. V. in dedicatione, ordinatione &c. si tamen privatim celebrent, non tenentur uti, cum hujus usus sit inter missarum solemniam c. 4. h. t.

5. Q. IV. An Archiepiscopus uti possit pallio in Ecclesia exempta suae provinciae, etiam Rectore illius ipso? Negat Pichler, sed cum communiori R. affirmative, ita Abb. Engl. Schmalzer. & alii, ex Clem. 2. de Privileg. ubi Episcopo, & Archi-Episcopo expresse conceditur usus pontificalium in loco exempto suae diocesis, aut provinciae, neque sit ulla exceptio pallii: nam talis celebratio cum pallio ad dignitatem & honorem potius, quam ad jurisdictionem spectat, ergo concessa videtur per cit. Clement.

Dices: 1. Juxta c. 4. h. t. Archiepiscopi uti possunt pallio in Ecclesia sua, in qua jurisdictionem acceperunt. 2. Pallium significat potestatem, & sollicitudinem pastoralis, quae non datur in exemptis. R. ad 1. cit. cap. 4. procedit de jure ordinario; nostra autem resolutio fundatur in privilegio Clementinae. Ad 2. Dist. ant. significat in loco apto, & ordinario, con. an. in loco non recipiente hanc significationem negan. nam pallium in loco subiecto significat & hono-

rem, & jurisdictionem: in loco autem non subiecto, sed exempto, solum honorem, sicut insignia proconsularia l. 1. ff. de off. Procon.

TITULUS IX.

De Renuntiatione.

Agitur de hoc in Sero, & Clemen. h. t. In Decreto 7. q. 1. & 2. item in 17. q. 1. & 21. q. 2.

1. Nota 1. Renuntiationem in genere esse voluntariam alicujus juris remissionem. At hic renuntiatione proprie accepta, & provisioni quasi contraria, est libera remissio juris in beneficio Ecclesiastico habitum, ex justa causa, & cum consensu Superioris legitimi cum acceptantis facta.

2. Nota 2. Renuntiationem esse duplicem, expressam, quae fit verbis iuxta formam a jure prescriptam, & tacitam, quae fit facto aliquo, quod vel ex natura sua, vel ex dispositione juris inducit cessationem beneficii; ut si minoris uxorem ducat, vel fiat miles c. 1. de Cleric. conjug. si quis consequatur alterum beneficium incompatibile c. 28. de Præb. Rursum renuntiatione expressa vel est pura nulli conditioni, modo, aut pacto alligata, vel est modificata, seu conditionalis, quae fit sub certa conditione, modo, aut pacto; cujus species sunt: reservatione ex causa permutationis in favorem certae personae, & non alias, cum reservatione fructuum, aut pensionis: item cum reservatione accessus, ingressus, & regressus. Tunc reservatur accessus, dum resignans, v. g. puer incapax administrandi beneficii, reservat sibi jus post adeptam aetatem propria auctoritate accedendi, quo occupandi beneficium. Tunc reservatur ingressus dum resignans beneficium collatum, necdum a se possessum, reservat sibi jus illud ingrediendi in casu, quo resignatarius citius moreretur. Regressus reservatur, dum resignans beneficium a se possessum, reservat sibi jus ingrediendi ad illud in casu, quo resignatarius citius moreretur, vel alio modo amitteret beneficium.

3. Q. I. Qua beneficia sint, vel non sint resignabilia? R. ad 1. Omnia, five minima, five majora, nisi reperiantur specialiter excepta, sunt iuxta regulam generalis l. final. C. de Palliis. quibusque juri suo renuntiare poterit. Et ne dubium esset de Papatu, S. Caelestinus V. declaravit, licitum esse renuntiare Papatu: id ipsum confirmat Bonif. VIII. c. 1. h. t. in 6. manu salus animae, & utilitas Ecclesiae talem renuntiationem suadere poterit. R. ad 2. Dantur beneficia, quibus renuntiare nequit per voluntate beneficiarii: & quidem 1. non valet renuntiatio beneficii iustitialis, ad cuius titulum quis ordinatus est, nisi copulitive haec duo exprimantur, quod scilicet beneficium iustitiale ordinatum, & quod resignans stabili sufficientia, habeat ad congruam sustentationem, Trid. Sess. 21. c. 2. de ref. 2. Beneficium litigiosum nequit resignari in favorem alterius non litigantis c. 2. ut lite pend. Item beneficia patronata, electiva, unia monasteriis, aut aliis capitulis, in commendam habita, per intrusionem sine titulo Canonico obrenta, non possunt in favorem tertii resignari, cum hoc cederet in aliorum praesudicium; licet aliquando simpliciter, & pure eis renuntiare possint.

4. Q. II. Qui beneficiis renuntiare possint? R. Omnes, qui specialiter a jure non prohibentur: nautem renuntiatio est de materia generaliter permissorum; ergo cuiuslibet permittitur, videtur, cui specialiter non prohibetur. Prohibentur autem 1. Furiosi, & mente capti c. 5. h. t. 2. In sacris constituti, si per hoc careant debita sustentatione, S. Pius Const. incip. Quanta 1568. die 1. April. 3. Clericus impubes sine auctoritate tutoris, & decreto Superioris arg. c. 2. de error. & qual. at Clericus minorennis, qui necdum 25. annos complevit, valide renuntiat, cum in beneficiis habita beatur per majorem c. fin. de iustit. in 6. si tamen levis est, succurritur ei restitutione in integrum, sicut aliis minoribus. 4. Novitius, cui non permittitur renuntiatio, nisi conditionata ante duos ultimos menses, si professio secuta fuerit, Trid. S. 25. c. 16. de Regul. ne minuat ei libertas profertendi ob defectum sustentationis. 5. Criminosus, si ob crimen ipso facto privatus est beneficio; cum in tali casu nihil habent suum proprium, quod resignare possint. At si primo per sententiam pri-

privandus est beneficio, valide illud resignat, non tantum simpliciter, sed etiam in favorem tertii; cum tali casu adhuc jus, & titulum habeat, donec per sententiam eo privetur. 6. Infirmus valide non renuntiat in favorem tertii, nisi post renuntiationem supervivat 20. dies completos ex celebri regula 18. Cancellariae, quae dicitur Regula de vigiliis, seu de infirmis resignantibus, ut impediantur hereditariae successiones in beneficiis: quam praxim curiae extendit etiam ad sanos resignantes; ita ut si moriantur intra diem vigesimum, beneficium dicatur vacare per mortem, non per renuntiationem: oppositum tamen tenet Engl. de Præb. num. 30.

5. Q. III. An, & quae causae requirantur ad resignacionem? R. 1. Ut resignatio Episcopatus rite fiat, requiritur iusta causa: tum quia vinculum Episcopale, cum sit juris divini, removere dissolvi non potest; tum quia arbitrariae resignationes cederent in magnum detrimentum Ecclesiae. 2. Iuxta causae cedendi Episcopatu enumerantur sex in c. 10. h. t. ad quas ceterae reduci possunt: Debilitas corporis, seu impotentia ad exequendum officium Ignorantia, seu defectus scientiae necessariae. Mala conscientia criminis impediens executionem officii, ut simonia, assassinium &c. Irregularitas persona, in qua non solet dispensari; ut ex Bigamia, ex homicidio voluntario, damnato coitu &c. Malitia plebis, cujus emendatio non speratur. Grave scandalum, quod pusilli est actus, & praesentia Episcopi patiuntur. Causa absumendi Religionem non est sufficiens per se, nisi Episcopo immineret periculum suae salutis, & adesset alii meliores: nam ut ait Innoc. III. cit. cap. 10. facilius indulgetur, ut monachus ascendat ad presulatum, quam presul ad monachatum descendat, nisi ante Episcopatum fecerit votum Religionis; tunc enim teneretur illud implere. Dicte causae comprehenduntur hic verbulis: Debilis, ignarus, male conscientis, irregularis, quem mala plebs odit, dans scandala, cedere possit. 3. Ad renuntiationem inferiorum dignitatum, & beneficiorum sufficienti minores causae, ut patet ex Constit. S. Pii V. Quanta 1568. 1. April. & quia Constit. ista non est ubique usu recepta, sufficit quaecumque rationalis causa, etiam privata commoditatis.

6. Q. IV. Quid sit de forma renuntiationis? R. 1. Liberas, secus renuntiatio metu, aut dolo extorta, vel ipso jure non valet, vel saltem iudicis sententia rescindi potest c. 3. 4. de his, quae vi. 2. Consensus eorum, quorum interest. 3. Ut fiat verbis specificis, & expressis c. 5. h. t. imo de stylo curiae Rom. supplicatio fieri debet in scriptis. 4. Ut accedat consensus legitimi superioris c. 4. & fin. h. t. 5. Ut renuntiatio admittatur publicetur secundum res. 34. Cancellariae, & Constit. S. Pii V. sanctissimas, & Greg. XIII. Humano. Haec tamen publicatio in Ecclesia cathedrali, vel Parochiali non observatur in Germania ob contrariam consuetudinem. Ceterum parum refert, an quis renuntiet personaliter, an per procuratorem libere, & cum speciali mandato constitutum, Clem. un. h. t. His ritibus observatis, sequitur effectus renuntiationis, scilicet resolutio juris, & tituli beneficialis, ut amplius fructus ex tali beneficio percipi non possint, nisi admittatur resolutio conditionalis, quae non sortitur effectum, nisi posita conditione.

7. Q. V. Quis superior admittere possit renuntiationes? R. 1. Superior habens jurisdictionem in renuntiationem arg. c. 4. & fin. h. t. nam resignatio quoad effectum equiparatur destitutioni; cum per utramque dissolvatur titulus beneficii; ergo cujus est destituere aliquem beneficio, ejus est admittere renuntiationem: unde renuntiatio in manibus huius facta non valet c. 8. h. t. licet Clericus sponte beneficium resignans, & illud denuo a laico suscipiens, in penam delicti sit eo privandus. Si vero illud resignet in manibus Ecclesiastici, qui non est legitimus superior, invalida est resignatio ex parte admentis, utpote non legitimi superioris: valet tamen probabilius ex parte renuntiantis, quia equiparatur pacto de non repetendo beneficio, sicut acceptatio inutilis, licet non teneat, tamen habet vim pacti taciti de non repetendo l. 27. ff. de pactis. R. 2. Superiores, quibus competit jus admittendi renuntiationes absolutas, sunt Papa semper, & ubique, Legatus a latere in sua Provincia de P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

jure communi c. 1. de offic. leg. in 6. Episcopi in sua diocesi, exceptis beneficiis exemptis, capitulum solum vacante, praeter plenissime cum Clero, & populo exempti; & si qui alii idem jus habent ex privilegio. Possunt quoque idem superiores admittere renuntiationes ex causa permutationis cap. 5. de rer. perm. c. un. eod. in 6. Clem. un. ead. licet jure antiquiori Episcopo prohibuit fuerit admittere renuntiationes ex causa permutationis c. 8. de Præb.

Haec resignationes facta extra curiam romanam etiam ex causa permutationis in manibus praedictorum collatorum ex cit. Greg. constit. 8. 7. admitti, vel recitari debent intra mensem: & sic provisum tenentur eas publicare, & beneficii possessionem capere intra tres menses a die factae provisionis sub pena vacationis ipso facto promotionis, & beneficii. Provisi autem per resignationes, & permutationes factae in manibus Papae tenentur sub eadem pena ad dictam publicationem, & possessionem intra sex menses circa montes, ultra, intra novem a data concessionis gratiae, non a die praescripti consensus numerandos. Quae constit. confirmata fuit a d. Bened. XIV. Constit. Ecclesiastica, ubi insuper inhibetur notario datariae, ne recipiat consensum super quibuslibet resignationibus favore quoruscumque, etiam S. R. E. Cardinalium, factis, quoties mandatum procure habeat datam anteriorem oblationem quo ad resignantes circa montes, vel duodecim quo ad degentes ultra montes. Item praecipitur supplicationem super admisione cujuscumque resignationis signari intra duos menses a data rescripti; ita ut intra sex menses a data concessionis quo ad beneficia circa montes, & infra novem quo ad existentia ultra montes, eorumdem possessionem effectum capiantur. & gratia resignationum cum litteris apostol. publicetur ad formam constit. Greg. XIII. Humano. Inhibetur concessio prorogationis, etiam pro prima vice ad actum publicationem faciendam, nisi prius actio de litteris deditis in officio subdarii private quo ad alios. Datariae officiales: sicuti, & ulterioris prorogationis post primam, & secundam, nisi iustificatum fuerit coram Datario impedimentum non facta publicationis: a quo tot prorogationes concedi poterunt, quae necessariae erunt usque ad remotionem impedimenti: sub pena, his omnibus non servatis, nullitatis resignationum, & inhabilitatis ad beneficia aliter resignata obtinenda &c.

R. 3. Admittere renuntiationes conditionatas in favorem certae personae, & non alias, cum reservatione pensionis, aut fructuum, vel cum reservatione accessus, ingressus, & regressus, solus Papa potest ex plenitudine potestatis: nam renuntiationes cum his conditionibus, & reservationibus sunt prohibita jure communi Canon. plerique 8. quest. 1. cap. un. beneficii. Eccl. Trid. Sess. 25. cap. 7. de refor. Constit. S. Pii V. supra relata, & alia Romani Pontificis. Nemo autem Papa inferior relaxare potest jus commune. Ratio est, quia tales renuntiationes habent speciem hereditariae successioneis, dant occasionem captandae mortis alienae, fovent ambitionem cupiditatem Clericorum; ergo merito prohibentur sub gravibus penis simoniae confidentialis, de qua lib. 5. tit. 3. Sub eadem prohibitione stant resignationes reciprocae, triangulares, & quadrangulares; dum duo, tres, vel quatuor permittant beneficia cum conditione, ut aliquid beneficium detur tertio. Plura de his Reiff. Ceterum licet quaecumque pacta inhonesta, & simoniam olentia, prohibita sint in resignationibus beneficiorum; id tamen permittitur videri Episcopo, ut ex gravi causa, puta ob necessitatem, vel magnam utilitatem Ecclesiae imponere possit beneficio pensionem temporaneam ad vitam beneficiati, de quo agi solet lib. 3. tit. 12.

In Constit. Bened. XIV. In sublimi 29. Arguss. 1741. damnanter, & annullantur pacta cassationis reservationis reservata in beneficiorum resignatione contemporanea ipsi resignationi per anticipatas, vel anticipandas solutiones: sicuti & omnes cassationes, ac abolitiones pensionum per anticipatas solutiones obtinere intra sex menses a capta possessione beneficii, etiam si probari nequeat, nullum praecedens pactum intervenisse, & cassatio sequatur fuerit vigore supplicationis a Papa signatae, quo in subreptitio obrenta declaratur. Insuper tam resignans, quam resignatarius ipso facto, & absque

alia declaratione privantur beneficio: & declarantur inhabiles ad alia assequenda, sub pena resignatio...

8. Q. VI. An Episcopus beneficium resignatum conferre possit consanguineis, vel familiaribus resignantis, vel suis, vel illi, pro quo facta est commendatio...

9. Q. VII. An renunciatio penitere possit? R. Potest, si necdum licentiam, & consentum obtinuit: scilicet si iam obtinuit c. 12. h. t. ubi obtenta licentia...

10. Q. VIII. An renunciatio penitere possit? R. Potest, si necdum licentiam, & consentum obtinuit: scilicet si iam obtinuit c. 12. h. t. ubi obtenta licentia...

TITULUS X.

De supplenda negligentia Prælatorum.

De hac materia agitur in Sexto, & Clem. h. t. In Decreto d. 84. & 86. & Canon. negligere 2. q. 7. In Trident. sess. 5. de refor. cap. 1. §. in monasteriis & cap. 2. §. si que. & sess. 21. cap. 3. sess. 24. cap. 20. §. legati c. 16. v. & si Ecclesia sess. 25. de regul. c. 8. 14. 22. v. & quia.

1. Nota nomine Prælatorum hic venire Superiores jurisdictione ecclesiastica præditos, tam contentiosa, que exercetur in invitos, ut in judiciis, & punitivibus; quam voluntaria, que exercetur in volentes; ut ordinatio, beneficiorum collatio, dispensatio &c. Item eos, quibus jus Patronatus nominandi, aut conferendi beneficia competit. Est autem negligentia ommissio ejus, quod Prælati de jure, aut consuetudine facere tenentur. Hic possunt agitur de negligentia commissa in provisione beneficiorum, & administratione justitiæ.

2. Q. I. A quibus suppletur negligentia commissa in provisione beneficiorum? R. 1. Si beneficium collatum, seu liberum spectat ad solum Episcopum, secluso capitulo, vel ad solum capitulum, secluso Episcopo, negligentia ab uno commissa suppletur ab altero. c. 2. de concess. Præb. ut ita negligentiam corporis caput, seu Episcopus suppleat, & negligentiam capitis suppleant membra, seu Canonici. Quæ dispositio specialis est, ut Canonici tanquam inferiores suppleant negligentiam Episcopi, tanquam Superioris, cum alias inferior Superiori corrigere non possit. Excipit, nisi jus conferendi Episcopo competat titulo speciali, ut ex privilegio, delegatione, vel devolutione; tunc enim negligentiam Episcopi supplet Archiepiscopus, vel alius Superior. R. 2. Si beneficium spectat communiter ad Episcopum ut prælatum, & capitulum simul, uno negligente, & præmonito, potest collatio fieri ab

altero intra semestre, secus, utroque negligente, jus conferendi devolvitur ad Archiepiscopum, vel alium Superiorem, cap. fin. hoc tit. cap. 15. de concess. Præb. Excipit Barbof. in cit. cap. 15. casum, quo beneficium spectat ad Episcopum, non ut prælatum, seu ut privatum Canonicum; tunc enim jus conferendi devolvitur ad Episcopum ut prælatum. R. 3. Si collator, vel præsentator sit persona singularis inferior Episcopo, & statuto tempore non conferat; vel præsentet, jus conferendi regulariter devolvitur ad Ordinarium loci; & hoc negligente, gradatim ad Metropolitanum, Prælatum, Patriarcham, & Papam. Clem. un. h. t. R. 4. In casu negligentia beneficia electiva exempta devolvuntur ad Papam; non exempta, si cathedralia sint, ad Archiepiscopum (exceptis episcopatibus Germaniæ, quorum confirmatio ex concordatis spectat ad Papam) si inferiora, ad Episcopum ex recentiori Constit. cap. 41. de Elect. edita in Conc. Lateran. an. 1215, qua corrigitur jus antiquius editum an. 1210, & retatum in cap. 12. de concess. Præb. ubi provisio Episcopatum negatur devolvi ad Archiepiscopum. Jam si provisio beneficii per Superiorem facta, quacumque ex causa non subsistat, vel providendi redit ad ordinarios collatores, quia tantum pro hac vice eo jure sunt privati, ut alias dictum ex cap. 41. 42. de Election. nisi per appositionem manus papalis beneficium sit affectum; hoc enim ab alio, quam Papa conferri nequit Schmalz. & alii. Circa devolutionem in casu, quo indignus eligitur, vide tit. de Elect. num. 19.

3. Q. II. An capitulum, sede vacante, conferre possit beneficia inferiorum collatorum negligentium ad Episcopum devoluta? R. Negative ex cap. 2. ne sed. vacans. regula 2. cancellarie, & constit. S. Pii V. Sanctissimus, ubi beneficia devoluta reservantur Papæ. In Germania tamen ob concordata aliter servatur.

4. Q. III. An mora per ceterum provisionem purgari possit? v. g. si provisio sequatur statim post elapsum tempus a jure statutum? R. Negative Com. ex cap. fin. hoc tit. & cap. 41. de elect. Ratio est, quia lapsio tempore, potestas statim devolvitur ad Superiorem; ergo ordinarius collator, utpote destitutus potestate, non potest valide conferre, neque per ceterum provisionem sui Superiori quantum auferre, nisi is ex benignitate sua consentiat, & approbet collationem posterius factam, sicut in cap. 4. hoc tit. His non obstat cap. fin. de locato cap. 6. de reb. Eccl. cap. 24. de offic. deleg. l. 8. ff. si quis canonicus. l. 26. C. de factis. nam tunc mora non purgatur, dum lapsio die, jus potestatem transfert in alium, vel penam apponit l. 77. ff. de V. O. l. 23. ff. de O. & A. l. 13. C. de contrahend. stipul. l. 2. C. de jure emp.

5. Q. IV. An jurisdictione negligentis, qui subditi non admittunt justitiam, causas cognoscendo, absolvendo, condemnando &c. devolvatur ad Archiepiscopum? Affirmat Azor, Engl. König, & alii; sed cum posterioribus. R. Negative ex Can. 39. perennit. 11. q. 1. & cap. 1. h. t. in 6. nam regula generalis est negativa, quod Archiepiscopus non habeat jurisdictionem in subditos sui Suffraganei, exceptis quibusdam articulis, seu casibus a jure expressis, cap. 11. de offic. Ord. sed casus negligentia ab hac regula non reperitur exceptus; ergo jurisdictione negligentis Episcopi in materia justitiæ non devolvitur ad Archiepiscopum in prima instantia, bene vero in causa appellationis cap. 3. pr. de appell. in 6. Ceteros casus exceptos enumerat glossa cit. cap. 11. de offic. Ord. quos in d. t. referemus. Unde aliud remedium adhibendum est, scilicet recursus ad Archiepiscopum, vel Papam, ut Episcopus compellatur ad administrationem sui officii in materia justitiæ, & cure pastoralis.

Dices: regula affirmativa est, quod Archiepiscopus tanquam superior supplet omnem negligentiam Episcopi, tanquam inferioris, nisi specialiter prohibeatur in casibus exceptis: sicut cap. 1. h. t. in 6. tum quia rubrica hoc tit. de supplenda negligentia, est generalis affirmativa; tum quia cap. 11. de off. ord. non procedit in casu negligentia; sed nullibi ab hac regula excipitur casus negligentia in materia justitiæ, ergo. R. Negative maj. nam regula ista nullibi in jure traditur, neque illam continet rubrica h. t. cum careat sensu completo, & dispositivo allegati nequeat: e contra

tra regula negativa expresse traditur cit. c. 11. de off. ord. atque ita locus est celebri regula: in materia generaliter prohibitoria, quod expresse non conceditur, intelligitur denegatum. Clem. 1. v. porro de V. S. Ex his solvuntur Canones in 9. q. 3. c. 2. & 3. h. t. nam ne jurisdictiones Episcoporum perturbentur, recte prohibetur Archiepiscopis causas alienorum subditorum cognoscere. Vide resol. 2. h. t. in nostris resol. Can.

6. Q. V. Ad quem devolvatur jurisdictione si Episcopus inhabilis est ad exercendam suam officium? R. cum distinctione: si Episcopus est inhabilis ex culpa, v. g. quia excommunicatus est, recurri debet ad Papam, ut eum absolvat, vel alio modo provideat Ecclesie Canon. cuncta 9. q. 3. si vera inhabilis est ex alio impedimento, v. g. ob captivitate, ob iter ad terras longinquas, nisi tunc administratorem constituit, jurisdictione devolvitur ad capitulum c. 3. h. t. in 6. De dando curatore Episcopo insufficienti, & administratore vacanti Ecclesie, vide c. 2. & fin. h. t. in 6.

7. Q. VI. An Judex Ecclesiasticus supplere possit negligentiam iudicis laici? R. Affirmative ex c. 6. 10. & 11. de foro comp. ubi in casu, quo iudex laicus manifeste differt terminationem causæ feudalis, adiri potest Ecclesiasticus, ut debitum ei finem imponat. Ratio est, quia potestas laica in Republ. Christian. subordinata est spirituali c. 6. de M. & O. eique ratione peccati, & conscientie subest; ergo si laicus negligat justitiam administrare, Ecclesiasticus, eum compellere, & negligentiam supplere potest; sicut exigente justitia, Papa quandoque principum negligentiam supplere solet. E contra, quia potestas Ecclesiastica non subicitur seculari, laicus negligentiam Ecclesiasticæ supplere nequit. Plura de his Reiff. a n. 45. Barbof. tit. de Constit. n. 7.

8. Q. VII. An abbas electi, & confirmati, quos Episcopus, ter humiliter requisitus, benedicere renuit, possint exercere officium abbatiale, proprios monachos benedicendo, minores conferendo &c.? De jure Com. affirmative ex privilegio Alex. III. c. 1. h. t. nam talis negligentia Episcopi, & benedictio suppletur ab ipso jure; cum benedictio abbatum non sit ordinatio, vel consecratio; tum quia abbas sacerdos, licet regulariter non possit suis subditis conferre ordines, nisi sit benedictus ab Episcopo, tamen eos conferre potest ex privilegio, & delegatione juris. Hinc solvitur cap. 11. de erat. Can. quoniam n. 69. Neque privilegium hoc fuit illud Bened. XIII. const. incip. Commissi, sed solum abbas sustulit, & observari precepit formam statutam cap. 1. h. t. sub pena suspensionis ab officio per annum ipso jure incurrenda. In eadem constit. declaravit privilegium suscipiendi hanc benedictionem a quocumque catholico antistite tunc procedere, dum Ordinarius diecesanus ter humiliter requisitus renuit benedicere. In §. universos sub pæna interdicti ab usu Pontificalium per annum verat, ne Episcopi benedicentes quidquam, licet modicum, etiam comestibile, recipere audeant ante, vel post benedictionem.

Ex eadem const. dicti abbatibus, licet perpetuo solum ratione administrationis, tenentur, ut supra suscipere benedictionem sub pena suspensionis ab officio per annum ipso jure incurrenda, intra annum a die eorum electionis computandam. Ab hoc onere exemptum sunt illi, quibus a S. Sede concessum est hoc exemptionis in alium directe, non vero per communicationem cum aliis Ordinibus hac exemptione gaudentibus. Item exemptum est, quibus ab eadem S. Sede decretum est, ut vel a suis superioribus regul. aut ab eorum prælati delegatis benedictionem sumere possint: vel a S. Sede specialiter concessum est, ut statim electi habeantur pro benedictis a Papa.

Hactenus de modis, quibus persone Ecclesiasticæ promoveantur ad dignitates, nunc a seq. titulo usque ad 22. agitur de ordinationibus Clericorum, & impedimentis ordinandorum.

TITULUS XI.

De temporibus Ordinationum, & qualitate Ordinandorum.

De hac materia agitur in Sexto h. t. In Decreto dist. 21. 23. 24. & d. 49. 50. 51. 59. 60. 78. & in cau. P. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

sa 9. q. 1. 2. & causa 15. q. 8. In Trid. sess. 7. c. 9. 10. 11. de refor. sess. 21. c. 2. de ref. sess. 23. de Sacram. Ord. c. 7. & seq. usque ad 18.

1. Nota, ordinationem hic active accipi pro actione, qua Episcopus tribuit ordinato potestatem aliquam circa Eucharistiam; ista vero potestas dicitur Ordo, seu ordinatio passive.

S. I.

De Ordinationibus Clericorum.

2. Q. I. An prima consensio sit Ordo proprie talis? Affirmat Fagn. Pichler, & alii, sed cum Comm. IT. & veteri Canon. R. negative. Prob. 1. ex Canon. 1. d. 77. ubi Cajus Papa enumerando ordines, nullam mentionem facit primæ tonsuræ, ut nec Sylvester Papa in Synodo Romana relata in Can. 5. d. 93. & Trid. sess. 23. c. 2. primam tonsuram expresse distinguit ab omnibus ordinibus minoribus, & majoribus; subditque septem ordines ab ipso Ecclesie initio sua habuisse nomina, & ministeria. Ex his sumitur arg. ab auctoritate negativæ: Pontificis, & concilia in materia doctrinali dicunt septem esse ordines; ergo tonsura non est octavus ordo. Ratio est, quia ordo est potestas circa ministerium altaris; sed per primam tonsuram nulla similis potestas confertur, sed præcise laicus assumitur in sortem Domini, & elevatur ad statum Clericalem.

Obj. Can. 1. d. 21. novem ordines enumerantur, & prima tonsura venit nomine Psalmistatus 2. cap. 11. de etate, & qualis, dubium fuit resolutum, quod per primam tonsuram ab abbatibus confertur Clericalis ordo; non potuit autem dubitari de ordine improprie tali, cum hoc notum sit omnibus.

R. ad 1. Ildorus, cujus auctoritas utique creditur auctoritati Pontificum, & conciliorum, in ead. Canon. 1. enumerat solum varios gradus, & officia Clericorum, non vero ordines, ut sunt sacramenta: alioquin duodecim essent ordines, cum ibi dicat, quod ordo Episcoporum sit quadripartitus. Quod palamissimum concernit, ex toto jure probari nequit, nomine ejus venire primam tonsuram. Est ergo Psalmistatus officium simplex cantoribus, etiam non Clerici, ut clare colligitur ex Canon. 20. d. 23. Dum vero adscribitur proprie Clericis, est officium speciale lectoris, non vero ordo distinctus a lectoratu; quo sensu bene explicatur cit. c. 1. & alii Cann. similes, cum nihil referat, an verbum divinum legatur, an cantetur: Ad 2. nimis probat; alioquin Conc. Trid. ignorasset hanc decisionem, & theologi nostræ sententiæ in materia dogmatica tam crasse errarent contra definitionem Pontificiam. Frustra igitur adversarii fingunt sibi, tale dubium fuisse propositum, cum nihil aliud questum fuerit, nisi hoc: an, & qui abbatibus ex privilegio septimæ synodi suis monachis, & novitiis conferre possint hanc tonsuram? quod dubium non fuit irrationabile, sed cum Episcopis controversum. Vide Gonzal. in d. c. Hic adhuc objici solent Canon. Cyprian. 21. q. 3. c. 2. d. 44. Can. si quis 27. d. 1. c. 2. de Panis in 6. circa depositionem, & degradationem, & plura similia; sed plus non probant, nisi primam tonsuram esse ordinem late talem, ut sumitur pro statu Clericali, & dispositione ad veros ordines.

3. Q. II. An ordines minores, & majores, & Episcopatus sint sacramenta. R. 1. Presbyteratus, & Episcopatus adæquare acceptus, prout includit Sacerdotium, est verum novæ legis Sacramentum, ita de fide ex Trid. sess. 23. Canon. 3. Diaconatum, Subdiaconatum esse Sacramenta ordinis communissima docet sententia, & ipsam de minoribus quatuor affirmat communior fundata in Trid. sess. 23. cap. 2. & Canon. 2. R. 2. Episcopatus substantialiter non distinguitur a Sacerdotio, sed tantum extensive, & per modum complementi: ita veteri sententia fundata in citat. Trid. sess. 23. cap. 2. ubi tantum septem ordines numerantur: nam potestas consociendi corpus Christi est maxima, cui deinde per subsequentes ordinationes accedit potestas ligandi, & solvendi, confirmandi, & ordinandi. Hoc, & non plus probant argumenta contraria ducta ex Trid. sess. 23. c. 4. ibi: docet insuper Canon. 6. & 7. & Canon. 1. d. 21. &c.

Q. 3.

4. Q. III.

4. Q. III. *Quis minister sit valida ordinationis?*
 R. 1. De potestate ordinaria est solus, & omnis Episcopus consecratus, Trid. sess. 23. *Canon. 7.* nam simplex Sacerdos non habet complementum perfectivum Sacerdotii; vi cuius iure ordinatio ordinare possit, sed Episcopus, cuius character plene completus est ad valide exercendos omnes actus ordinis Sacerdotalis. Nec obstat, quod in antiquis Canon. ordinationes ab Episcopis sumoniatis, excommunicatis, & aliter impeditis facte, dicantur irritae: nam irritae solum sunt quoad executionem, quia ab his ordinatus, suspensus est ab exercitio ordinum, sicut ceteroquin valide sint quoad substantiam ordinis suscepti. R. 2. De potestate ordinaria seu ex privilegio, & delegatione Papa minoribus ordinibus conferre potest simplex sacerdos; uti Cardines in Ecclesiis suorum titulorum; Abbates regul. ab Episcopo benedicti ius exercendi Pontificalia habentes; quibus tamen potestas ista restricta est a Trid. sess. 23. cap. 10. de reform. ut non alios, sed suorum Religiosorum ordinare possint, nisi consensus Episcopi accederet, cum restrictio ista facta sit in gratiam Episcoporum.

Vide Elencho II. n. CLXIX. *¶*
 Insuper ex delegatione Papa Abbates, & alii simplices Sacerdotes conferre possunt Subdiaconatum.

3. Q. IV. *Quis Episcopus sit minister licite ordinationis?* R. Solus Episcopus proprius, & de eius licentia; vel privilegio Papa alienus Canon. melius 9. q. 2. Trid. s. 23. c. 8. de reform. ibi: *unusquisque autem a proprio Episcopo ordinatur.* Proprius dicitur 1. Episcopus originarius, ex cuius diocesi aliquis oriundus est, licet per accidens parentibus peregris agentibus in alio loco natus sit; tunc fictione iuris censetur natus in domicilio parentum. 2. Q. de municipi. Ori in loco nullius diocesis pertinent ad Episcopum viciniorem. Infideles baptizati ad Ecclesiam, in qua baptizati sunt, Vagi de quorum origine non constat, subiacere se possunt cuiusque Episcopo. Barbof. 2. *Episcopus domicilii*, in cuius diocesi aliquis verum domicilium fixit animo perpetuo ibi manendi, cum ita fiat subditus Episcopi. Ad quasi-domicilium non sufficit, & ideo studiosi alienigenae in loco academiae ordinari non possunt. 3. *Episcopus beneficii*, in cuius diocesi aliquis verum beneficium in titulum habet, cum ratione beneficii ei subdatur cap. 3. h. t. in 6. Episcopi speciale privilegium habent a Trid. sess. 23. c. 9. de reform. ut familiares suos non subditos, qui per triennium cum eis sunt commorati, ordinare possint, dummodo statim de beneficio eis provideant. Item nonnulli Regulares privilegia papalia habent suscipiendi ordines a quocumque Episcopo catholico, ut infra dicitur.

Circa familiares Episcoporum vide Elencho VI. n. XXVIII. *¶*

6. Q. V. *Quis possit dare litteras dimissorias ad alienum Episcopum?* R. I. Papa, & Episcopus confirmatus. II. Capitulum, sede vacante, in casibus solum a Trid. expressis sess. 7. c. 10. de ref. quas infra annum sedis vacantis non potest dare nisi illi, qui beneficii Ecclesiastici recepti, sive recipendi occasione artens est, hoc est, qui actu habet beneficium, vel ius ad illud acquisivit per electionem, nominationem, aut presentationem, & beneficium tale exigit aliquem ordinem; locus capitulum subiacere debet interdicto, & ordinatus in minoribus nullo gaudet privilegio; in maioribus vero ipso iure suspensus est ab executione ordinum. Circa Praelatos vide Trid. sess. 23. c. 10. de ref. Ad post annum vacationis Vicarius capituli dat dimissorias, ut declaravit Cong. Episc. & Reg. 1604. die 12. Januarii.

Est eodem decreto capitulum post electionem Vicarii capitularis, ad quam post dies octo a vacatione sedis devenire debet iuxta Trid. sess. 24. de ref. c. 16. non potest per se ipsum dictas dimissorias concedere, iam archidiacono intra annum, quam non archidiacono post annum; sed per solum Vicarium, ad quem privative, non cumulative cum capitulorum iurisdictio spectat; nam ex altero eiusdem Cong. decreto in Neritanen. 17. Sept. & Hydruntina 1. Oct. 1655, etiam si electus fuisset cum hac, vel alia restrictione facultatis; quam capitulum neguit coartare, neque sibi reservare, prout lapsus respondit eadem Sac. Cong. Mo. yacel. tom. 1. tit. 1. formul. 2. n. 16. *¶*

III. Vicarius generalis Episcopi sine speciali mandato non potest dare dimissorias. 3. h. t. in 6. haec tamen potestas in nostris regionibus plerumque committitur solet eidem Vicario.

7. Q. VI. *Quid observandum circa dimissorias?* R. 1. Gratis concedi debent; notarii tamen in illis locis, in quibus salarium non habent, vel non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi; decimam aurei partem, seu octo grossos germanicos accipere possunt. Trid. sess. 21. cap. 1. de ref. 2. Dimissoriae generaliter datae praesentari possunt cuiusque Episcopo catholico; datae vero specialiter ad certum Episcopum, ei praesentari debent pro impetranda ordinatione. 3. Haec, quamvis non revocantur, durant, & cum sint gratiae adinstar, morte concedentis non expirant.

S. II.

De Temporibus Ordinationum.

8. Q. I. *Quo tempore ordinationes sint faciende?*
 R. 1. Prima tonsura quocumque anni tempore, die, ac hora, etiam extramissam conferri potest, ut ex Pontificali Rom. & generali consuetudine. R. 2. Minores ordines conferri possunt non tantum in consuetis ordinationibus, sed etiam quovis die dominico, aut festo, hora matutina, nisi aliud consuetudo habeat, etiam sine jejuniis, aut sacrificio ordinantibus cap. 1. & 3. hoc tit. & Pontif. Rom. Nominem autem Festi, ut declaravit S. Cong. teste Eagn. cap. 3. hoc tit. numer. 43. proprie illud intelligitur quod in foto a populo celebratur: sed attenda consuetudine praedictae tantum est minores conferri posse die festo duplici saltem de praecipuo.

¶ Non possunt autem conferri post prandium, v.g. feria sextam ante diem Sabbati quatuor temporum, nisi ad se contrarias immemorabilis consuetudo, quae licet tolerari possit, expedit tamen, ut Episcopus se conformet Rituali Romano tit. de Minor. Ordin. ut rescripsi Cong. Rom. in Portalleger. 13. Ap. 1720. in Theol. Resol. *¶*

R. 3. Ordines de jure com. conferri non possunt, nisi in sabbatis 4. temporum, sabbato sicutinorum dominicum passionis praecedente, & sabbato sancto, servato jejuniis, & intra missam Canon. fin. d. 75. c. 1. 3. h. t. & Trid. sess. 23. c. 8. de ref. contraria autem consuetudo penitus reprobat c. 2. h. t. Quod si ex aliqua causa ordinatio omnium absolvi non potuit sabbato, fieri potest die dominica, continuato jejuniis Ecclesiastico; ita tamen, ut hi, qui pridie unum sacrum ordinem susceperunt, non possint die dominica alterum suscipere Canon. 4. d. 75. quia dies sabbati, & dies dominica matutina fictione iuris censentur una dies. Privilegiatus autem quoad tempora, & interstitia potest sequenti dominica suscipere alterum sacrum ordinem; quia hic fictio cedere debet veritati; cum die dominica re vera sit alia a die sabbati. R. 4. Consecratio Episcopi regulariter fieri debet die dominica, vel in natalitiis Apostolorum. Canon. fin. d. 51. Canon. 1. & 5. d. 75. servato ritu in Pontificali scripto. Ad consecrationem Episcopi praeter unum principalem consecratorem requiruntur duo assistentes Episcopi Canon. 7. d. 23. non tamen jure divino, cum hoc sufficenter non probetur, sed jure Comm. Ecclesiastico, in quo nec Metropolitanus, utpotè inferior, dispensare potest; quo sensu procedunt Canon. 5. d. 68. c. 6. 7. h. t. Papa autem concedere potest, ut Episcopus ab uno solum Episcopo consecratur, assistentibus duobus Abbatibus, vel personis in dignitate Ecclesiastica constitutis; sicut S. Pium V. concessit testatur Barbanus assistentia duorum, vel plurium Episcoporum non videtur excedere ritum accidentalem, ut colligitur ex Canon. 1. Apostolorum & c. 7. h. t. Nec obstat Canon. 5. d. 68. & Episc. Joann. III. ad Epp. Germaniae, & Galliae ubi dicitur: *cum non esse Episcopum, qui minus, quam a tribus Episcopis factus fuerit*; nam hi, & similes textus non negant characterem Episcopalem ab uno Episcopo conferri posse, sed praecite ita consecratum quoad usum, & exercitium ordinis Episcopalis non esse Episcopum asserunt, nisi dispensatio papalis accedat. Sic communiter sententia, donec aliter a S. Sede decidatur.

9. Q. II.

9. Q. II. *Quid sint interstitia ordinationum?* R. Sunt certa intervalla, seu termini temporis, qui inter susceptionem unius, & alterius ordinis ex iuris dispositione intercedere debent. Et quidem 1. pro suscipiendis minoribus nulla requiritur interstitia, sed eadem die prima tonsura cum minoribus conferri potest, & solet. 2. Inter minores, & Subdiaconatum interstitium est unius anni; nisi aliud consuetudo habeat, vi cuius etiam alicui eodem die Subdiaconatus cum minoribus conferri solet, cum talis consuetudo a Trid. non reproberetur. 3. Similiter inter unum, & alterum ordinem sacrum interstitium est unius anni: quia verocirca Episcopatum nihil constitutum est, suscepto Presbyteratu die Sabbati, statim sequenti die Dominico consecratio Episcopalis suscipi poterit: ita haec omnia traduntur in Trident. sess. 23. cap. 11. & seg. de ref. Annus autem iste non computatur mathematico, sed Ecclesiastico, v. g. a quadragesima ad quadragesimam &c. Ratio horum interstitiorum est, ut Clerici in inferiori ordine diligenter se exercent, majus vite meritum, & doctrinam sibi comparent. 4. Duo sacri ordines eodem die non sunt conferendi, ne quidem Regularibus, non obstantibus quibuscumque privilegiis, ac indulciis. cit. Trid. cap. 13. ibid. conformiter cap. 13. & 15. hoc tit. Ex his patet aliud esse, interstitia, & statuta tempora ordinationum: nam per illa intelligitur certum tempus intervallum inter unum, & alterum ordinem intercedens; per ista vero intelliguntur certi dies, quibus ordinationes fieri debent.

10. Q. III. *Quis dispensare possit in interstitiis?* R. Papa, Legati Apostolici secundum limites suae potestatis, Episcopi, ac capitulum, sede vacante, ex Trid. sess. 23. c. 13. de ref. cum suis subditis; imo & cum Religiosis exemptis, qui quo ad gratias dispensationum subjicere se possunt Episcopo. Haec tamen potestas non extenditur ad dispensationem extra statuta tempora, nisi Episcopus specialem facultatem habeat etiam in his dispensandi. Causae dispensandi sunt: 1. Si ordinandus est Referendarius utriusque Signaturae familiaris Papae, Canonici cathedralis, aut collegiatae, magister, aut licentiatum fac. Theologiae vel fac. Canonum. 2. Si beneficium ordinem talem requirat. 3. Si penuria est sacerdotum etiam regularium. 4. Si iter nimis prolixum sit ad locum ordinationis. 5. Ob solatium Patris, & Matris excedentium annum 50. ex declaratione S. Cong. &c.

11. Q. IV. *In quo loco facienda sit ordinatio?* R. 1. In propria diocesi, exita quam Episcopus sine expressa licentia Ordinarii nec ordines, nec primam tonsuram conferre potest: nata in Trid. sess. 6. c. 5. de reform. Episcopo prohibetur generaliter exercitium Pontificalium in aliena diocesi.

¶ Haec eadem ratio prohibitorium est sex Cardinalibus Episcopis subvicariis promovere ad ordines suos subditos in Urbe absque expressa licentia eiusdem Urbis Vicarii, non obstante quod ordinariam suam residentiam Roma habeant; & moderna contraria opinio, utpote falsi fundata in fictione iuris, quod scilicet capella palatii eorumdem Cardinalium Rome existentis censetur per fictionem iuris adherere ipsorum Episcopati, reprobat a Bened. XIV. tamquam contraria Cons. Trid. Constit. Alex. VII. Apostolica 7. Augusti. 1662. & praxi inconcessa, ut ex eiusdem epistola typis data, incipien. Nell' ultima audienza, 15. Feb. 1753. ad Emin. Guadagni Urbis Vicarium, quae asseritur in secretaria eius tribunalis de mandato Pontificis lib. Decretorum d. anni pag. 56. *¶*

Si locus exemptus est, & nullus diocesis, sufficit licentia praelati exempti: si vero locus exemptus est in diocesi, sed non de diocesi, requiritur licentia non tantum praelati exempti, sed etiam Ordinarii loci. Barbof. & praxi. R. 2. Ordines majores conferendi sunt in Ecclesia cathedrali, vel alia digniori, praesentibus Canonicis, vel aliis Clericis. Trid. sess. 23. cap. 8. de ref. nisi consuetudo aliquid habeat; minores vero in quocumque decenti loco, Can. 6. d. 75.

12. Q. V. *Quid iuris servandum in ordinatione Regularium?* R. Servandum esse formam praescriptam in Decreto Clem. VIII. de mandato 15. Maji 1596. in quo statutum haec praecipua: 1. Praelati regulares dare possunt suo subdito indem regulari idoneo litteras P. Remigii a S. Erasmo. Paris I.

commendaticias, non tamen ad alium quam Episcopum diocesanaum, in cuius territorio monasterium situm est. 2. Si diocesanus abest, vel non est habitus ordinationes, possunt dare subito dictas litteras ad quemcumque Episcopum extraneum, in quibus exprimat haec causa absentiae; vel non future ordinationis: dummodo concessio litterarum de industria non differatur in tale tempus absentiae, vel non future ordinationis. 3. Sic dimissus examinandus est ab Episcopo ordinando quo ad doctrinam. 4. Subditur pena; quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis active, & passive revocationem, ac alias arbitrio eiusdem S. S. D. N. Papae reservatas, penas incurrent. Hoc Decreto non stringitur praelatus plenissime exemptus cum clero, & populo; sed is ad quemcumque catholicum Episcopum dare potest dimissorias; si vero tantum nullius est diocesis, subditi ejus ordinantur ab Episcopo viciniore, Barbof. lib. 1. jur. Eccl. c. 33. n. 61. & seg.

13. Q. VI. *An Regulares habentes privilegium apostolicum recipiendi ordines a quocumque catholico Antistite, comprehendantur sub hoc decreto clementino?* Salvo Sedis apostolice iudicio R. negative, ita Piasc. Barbof. Reiff. Pirhing. & communiter DD. S. J. & alii: nam in cit. decret. nulla fit mentio, aut revocatio privilegii huiusmodi; ergo nihil prohibet illud stare per cap. 1. de Const. in 6. tum quia privilegium a Papa concessum debet aliquid speciale operari c. 25. de V. S. ibi: *privilegium non est lex privata, nisi aliquid specialiter indulerit*; sed privilegium ordines recipiendi a quocumque catholico Antistite, saltem illud, quod post decretum concessum est, nihil speciale operatur, ut de se patet, ergo. Tale privilegium datum est S. J. a Greg. XIII. Constit. incip. Pium, & utile §. 3. sed cum clausula incommunicabilitatis: at sine tali clausula datum fuit Ordini S. Joannis Hierosolymitani a Pio IV. Constit. 9. Incip. Circumspecta, §. 62. postea confirmata per Pium V. Greg. XIII. Sixtum V. Greg. XV. & Clem. VIII. ut refert Barbof. pars 2. de Offic. XV. & Clem. VIII. ut refert Barbof. pars 2. de Offic. post dictum Decretum, ann. 1596. die 23. Nov. simile privilegium absque clausula incommunicabilitatis concessum est Congregationi S. Joannis Evangelistae in Portugallia, ut se vidisse testatur Portel in Dub. Regg. ver. Ordo; atque ita nullum dubium est hec privilegia competere omnibus Regularibus communionem privilegiorum habentibus; qualem etiam habet Scholarum Piarum Religio a Greg. XV. Constit. Ad uberes 1622. die 15. Oct. plenissime confirmata a Clem. IX. Constit. Ex injuncto 1669. die 23. Oct. §. nos prospero.

Dices: Bened. XIII. in Concilio Romano rit. 5. de Temp. Ord. c. 1. declarat privilegia suscipiendi Ordines a quocumque catholico Antistite non aliter intelligi concessa, nisi cum clausula; servata forma decreti Clemen. VIII. & tit. 21. de Regal. praecipit Superioribus hoc decretum servare ad unguem; ergo privilegium hoc Societati Jesu, & aliis Ordinibus concessum novissime restrictum est ad formam decreti Clementini: imo in effectu revocatum, cum nihil speciale operetur. R. Cum hoc concilium Romanum non fuerit generale, sed Provinciale congregatum ex Episcopis inter Capuanam Provinciam, & Pisanam existentibus, ut ex bulla indictionis d. Conc. decreta illius non stringunt nisi subditos Provinciales, quibus hoc Conc. promulgatum est. Unde statutum illud cit. c. 1. licet stringat Regulares illius Provinciae ob speciales rationes pro ea militantes, non tamen stringit Regulares in nostris Provinciis, sed hi privilegiiis muniti adhuc hodie tuto, & licite ordinari possunt a quocumque catholico Episcopo, donec aliter a sancta Sede pro tota Ecclesia declaratum fuerit; atque ita non obligantur ad servandam formam decreti clementini. Ita haec responsio deducitur ex generali doctrina de obligatione conciliorum Provincialium, salvo semper iudicio sanctae Sedis.

14. Q. VII. *An dictum privilegium Societ. Jesu concessum, si adhuc hodie in suo vigore est, non obstante clausula incommunicabilitatis, communicetur alii Regularibus communionem privilegiorum habentibus?* Negant communiter DD. Societ. Jesu, fed verius cum aliis R. affirmative. Ita Rodriq. Dian. Donat. Reiff. & alii, quorum sententiam bene ex clausulis est.

Q. 4

efficacibus probat cit. Reiff. tit. de priv. n. 64. Et missis aliis, probatur ex recentiori Const. Alex. VIII. Inscrutabili 28. Jul. 1690. qua Pontifex iste Ordini FF. B. M. de Mercede Redempt. Capt. concecit privilegia omnium Ordinum, precipue Clericorum regularium infirmis ministrantium, pauperum Maris Dei, ac Scholarum Piarum, necnon Societati Jesu &c. concessa, quibuscumque verborum expressioibus, & tenoribus in genere, vel in specie, ac particulariter, & quavis alia sint speciali nota digna, difficillime concessiois, & que in generali concessione non veniunt &c. Ex his videre licet non posse desiderari, ut quid amplius, & efficacius positum fuisset ad participandum privilegium recipiendi ordines a quocumque catholico Antifite. Et quia in hac Alexandrina Bulla nulla sit restrictio, dubium esse nequit, quin privilegium istud Societ. Jesu, non obstante clausula incommunicabilitatis, omnibus aliis Regul. communionem privilegiorum habentibus communicetur. In praxi autem parum refert, si privilegium hoc communicetur, siue non, cum aliis Ordinibus simile privilegium absque clausula incommunicabilitatis concessum sit, ut non sit opus refugere ad privilegium Gregorianum Societ. Jesu concessum.

Dices cum P. Pichler. tit. de priv. n. 13. Dispositiones generales non derogant specialibus, sed dispositiones in aliis Bullis communicationem concedentibus sunt generales, ergo non derogant clausule incommunicabilitatis, nisi addatur: non obstantibus clausula: sed R. in cit. Const. Alex. VIII. dispositionem esse specialem, & individuaalem, ut nemo non videt, cum clausula ista aequivalenter, imo synonymice in sensu juridico importent hanc clausulam: non obstante clausula incommunicabilitatis.

15. Q. VIII. An certum sit, hodie Regularibus competere privilegia apostolica suscipiendi sacros ordines extra tempora? R. Affirmative, ut ex pluribus Bullis probat fufe Reiff. hic an. 41. & ne inter Episcopos, & Regulares dubia, & controversie remaneret, idipsum declarat Bened. XIII. in Conc. Rom. tit. 5. de Temp. Ord. c. 2. ibi: Cum privilegia ipsa in suo robore persistant, nec iisdem derogatum esse consuet. decernimus proinde Regulares eosdem absque novo indulto Apostolico rursus posse extra tempora ordinari.

Circa Regularium ordinationes ex Const. Bened. XIV. Impositi 27. Sept. 1747. attendenda sunt sequentia.

I. Penas omnes statutas tam contra Superiores regulares, quam contra promotos, & Episcopos promoves transgressores decreti Clem. VIII. incurri ipso facto absque alia declaratione.

II. In literis dimissorias inseri debere authenticum testimonium Vicarii generalis, vel Cancellarii, vel Secretarii Episcopi diocesani, quod ipse, vel ab ipse, vel non de proximo sit habiturus ordinationes statuto tempore; alias dicta littera nullius sint roboris, sub penis ipso facto incurrendis contra Episcopos alienum subditum sine legitime dimissorias ordinari impermissis.

III. Regulares non teneri ostendere dimissorias Ordinariorum propriae originis.

IV. Privilegia suscipiendi Ordines a quocumque illis solis Regularibus suffragari, quibus post Trid. nominatum, aique directe, non vero per communicationem concessa fuerint; & hac indulta non censeri, nisi vel post ipsius Trident. confirmationem re ipsa fuerint concessa; vel quatenus antea concessa, & postea confirmata esse asserantur, huiusmodi confirmationes in forma specifica cum litterali veteris indulti inserentur, ejusque expressa innovatione facte dignoscantur: ac... alterius generis confirmationes, quae in forma communi nuncupantur, nemini ad praedictum effectum suffragari.

V. Privilegia recipiendi ordines extra tempora Regularibus indulta non arctare Episcopos diocesanos ad eos ordinandos extra tempora, vel dimittos ad ordinationem alibi suscipiendam: decujus privilegii existentia idem iudicium habendum esse, ac de illo suscipiendi ordines a quocumque, non obstante citata declaratione Bened. XIII. &c.

S. III.

De Qualitatibus Ordinandorum, & penis male Ordinantium, ac Ordinatum.

16. Q. I. Quid requiratur in ordinando ad validam ordinationem? R. Praeter debitam matriciam, & formam, ac intentionem legitimi ministri, requiritur in ordinando de jure divino, ut sit mas; cum mulier in Ecclesia ne quidem loqui possit 1. cor. 14. ut sit baptizatus; cum baptizatus sit janua sacramentorum; & si adultus est, de jure naturali requiritur intentio saltem habitualis suscipiendi ordinem, arg. c. 3. §. item de bapt. quia adulti recipere debent sacramenta modo humano. Metus autem, si quis interne consentiat in sui ordinationem, non impedit valorem illius.

Ex concordati autem Theologorum, & Canonistarum suffragio ordinatio infamiam, etiam ad sacros ordines, valida est, licet illicita, dummodo alias nullo essentiali defectu laboret, quoad materiam, formam, & intentionem in ordinando. Sic tamen ordinati non subjiciuntur obligationi servandi castitatem, alijque oneribus ab Ecclesia impositis, nisi adulta aetate suam ordinationem expresse, vel tacite ratam habeant: quatenus remaneant suspensi ab exercitio ordinum susceptorum, donec perveniant ad aetatem a sacris Canonibus praescriptam, ut ex responsione Bened. XIV. in instructione super dubiis ad ritus Ecclesiae, & nationis Coptorum Eo quomvis 4. Maii 1745. §. 20. & segg.

Ex decreto Cong. Conc. relat. ab eodem Pontif. in tract. de Synod. diocesan. lib. VIII. c. 10. sacerdos, qui ad Episcopatum petentem cum officio, & calicem cum vino portentem ad alia distractis non accessit, licet omnes consecratus manuum impositiones acceperit, iterum ordinandus est sub conditione: sicuti & ordinatus laborans aliquo Canonico impedimento cum previa generali praestatione Episcopi, si non habere intentionem ordinandi quocumque ad se accedentem aliquo impedimento laborantem, si dubium sit, an illius intentio directa fuerit ad talem praesertim ordinationem. Si vero intentio alligata fuerit ipsi (de qua tamen interrogandus semper est Episcopus) tunc iterum absolute ordinandus est, ut idem Pontifex ostendit citat. lib. VIII. c. 11. n. 2. ex sententia Cong. Concilii.

Circa iterationem vero ordinationis quoad promotos ad aliquos ordines ritu graeco, acinde ritu latino ad reliquos promovendos, attendenda est dispositio ipsius constitutionis. Et si pastoralis 6. Maii 1742. de dogmatibus, & ritibus ab Italo-Graecis tenendis §. 7. de Sacramento Ordinis numer. 7. ibi: Si quis ritu graeco Clericus, & lector tantum fuit initiatus, atque ex benedictione Sedis Apostolicae obtinuit, ut majores ordines latinis caeremoniis sibi conferantur, ut antequam Subdiaconus ordinetur, tres minores ordines omittos debet ritu latino suscipere. Si vero praeter lectoris ordinem ad Subdiaconatum etiam graeco ritu ascendit, & ex dispensatione itidem Apostolica facultas sibi facta sit ceteros ordines ritualitudo suscipiendi, antequam inter Diaconos cooptetur, ex minoribus ordinibus exortacissimum tantummodo supplere cogitur, cum per Subdiaconatum graeco ritu collatum acolythatum, & ostiarium recepisse censatur. Idem dicendum de eo, qui una cum reliquis inferioribus ordinibus Diaconatum, aut etiam Presbyteratum graeco suscepit, & latino postea ad sacrum Presbyteratum respectivo ordinem, aut Episcopatum promovendus sit ex Apostolica concessione, nimirum exortacissimum ordinem in ipso, antequam Presbyter ordinetur, aut Episcopus consecratur, esse supplendum.

17. Q. II. Quid requiratur in ordinando ad licitam ordinationem? R. 1. Ut habeat usum rationis, c. fin. h. t. in 6. 2. Ut habeat legitimum aetatem, quae pro prima tonsura, & 4. minoribus non est a jure definita; at pro Subdiaconatu requiritur annus 22. pro Diaconatu 23. & pro Presbyteratu 25. Trid. sess. 23. c. 12. de ref. per quod corrigitur Clem. fin. de aetat. Sufficit autem ex communi sententia, si anni illi sint inchoati. 3. Ut sit in statu gratiae, cum ordo sit Sacramentum vivorum. 4. Ut sit confirmatus, Trid. sess. 23. c. 4. de ref. multi tamen DD. tenent omissionem confirmationis ante ordines non excedere veniale. 5. Ut

5. Ut sit caelebs, seu non conjugatus c. fin. h. t. in 6. nisi de consensu uxoris volentis Religionem intrare, aut continentiam vovere. 6. Ut non sit neophytus, vel recens ex paganism, aut judaismo conversus ad fidem Canon. 9. d. 61. nisi aliud videretur Episcopo. 7. Ut sit bene fame, Canon. infames 6. q. 1. idque propter dignitatem status Clericalis. 8. Ut sit litteratus, habendo congruam scientiam ordini recipiendo. 9. Ut sit subditus Ordinati vel ratione originis, domicili, aut beneficii; vel ratione triennalis familiaritatis, vel ratione dimissorias, ut supra dictum, 10. Ut promovendus ad sacros ordines habeat virum mensa, hoc est, provisionem de honesta, & perpetua sustentatione, ne in opprobrium status Clericalis mendicare cogatur, Trid. sess. 21. cap. 2. de reform. Ut non sit irretitus aliqua censura, aut irregularitate ex delicto, aut defectu orta, ut dicitur.

18. Q. III. Quatuorplex sit titulus mensa? R. triplex: 1. Titulus beneficii quoad jus reale actu in titulum, seu perpetuam obtenti, & pacifice possessi, ex quo congrua sustentatio habeatur. Et hic est proprie titulus, cujus vicem subeant alii tituli. 2. Titulus parvimonii, seu bonorum stabilitum, immobilium, & fructuariorum, ex quibus annui redditus proveniant ad sustentandum Clericum, ac prout ab eo alienari, vel obligari nequeant. Si communis integra, vel Princeps, aut potens dominus cautionem in scriptis offerat pro alendo Clerico, si is inhabilis reddatur, sufficit pro titulo mensa ex communi praxi. 3. Titulus paupertatis Religiose, quem dat Religio obligans se ad sustentandum suum Clericum Regul. Can. 1. d. 70.

Ex Const. Bened. XIV. Universalis 29. Augusti 1741. prohibetur Clerici quicunque ibi - Sub nomine alienandi utilitatem, & commodum percipiendi factus, vel alio quovis titulo, praetextu, & colore vendere, ac distrahere suorum respective beneficiorum redditus, & proventus, vel ad vitam, vel ad longum tempus, recepta ab emptore per unam, vel plures solutiones pecuniarum quantitate, quam ipsi beneficiarii pro ejusdem temporis, vel vite spatium probabiliter consequi possunt, sub pena excommunicationis, & nullitatis actus, & omnium inde consequutorum, alijque penis inflicti, praescriptis, & statuta contra alienantes bona Ecclesiae.

19. Q. IV. Quae sint penas male ordinatum, & male ordinatum? R. 1. Conferens primam tonsuram non habenti legitimum aetatem, vel conjugato, aut il litterato, ab ejus collatione ipso jure per annum suspensus est c. fin. h. t. in 6. quae dispositio non videtur extendenda ad collationem minorum, sed locus est ritus penae arbitrariae. Si vero scienter conferat sacrum ordinem non habenti legitimum aetatem, incurrit suspensionem ferendae sententiae a collatione omnium ordinum c. 14. h. t. Sic autem ordines sacros mala fide suscipiens, ipso jure suspensus est ab executione ordinis ibid. at bona fide suscipiens, adventive legitima aetate, ministrare poterit in ordine suscepto. R. 2. Scienter ordinans alienum subditum, ipso jure per annum suspensus est a collatione ordinum c. 2. hoc tit. in 6. Trid. sess. 23. cap. 8. de reform. & quia Trid. generaliter dicit a collatione ordinum suspensus esse, intelligi debet de collatione omnium ordinum, & non tantum male collatorum. Scienter autem sine dimissorias ab alieno Episcopo ordinatus, manet suspensus, donec a suo Episcopo dispenseur, & absolvatur, Trid. loc. cit. R. 3. Ordinans in factis Clericum sine titulo mensa, cum alere debet donec ei provideat de beneficio competente; quod onus est reale transiens ad successorem cap. 4. & 16. de Praeb. Si autem ordinatus finxit se habere titulum mensa, probabilis incurrit suspensionem, neque ordinans tenetur cum alere Barb. alleg. 20. citans Const. Urb. VIII. incip. Secretis.

Ex decreto Cong. Conc. 27. Nov. 1610. relat. Jussu. 26. Bened. XIV. declaratur; Clericum, qui adhibito solo, confectoque titulo ordinatum deceperit, esse ipso jure suspensum, careereque ordinem executione.

R. 4. Ordinans, & ordinatus extra statuta tempora de jure antiquo incurrit suspensionem ferendae sententiae, ille quidem a collatione ordinum ita male collatorum, & superiorum, non vero inferiorum; iste vero ab exercitio ordinum istorum, non tamen inferiorum

c. 2. & 8. h. t. at per Const. Pii II. incip. Cum ex Sacrorum ita ordinatus ipso jure suspensus est; a qua tamen suspensione eum absolvere potest proprius Episcopus c. 16. h. t. Ob non servata interdicta nulla pena a jure lata est, adeoque crit arbitraria. R. 5. Conferens duos ordines sacros eodem die, vel continuo jejuniis duobus, suspenditur a collatione utriusque ordinis c. 13. in fin. h. t. Infigitur autem hic major poena ordinanti, quam ordinato, quia major est illius culpa, utpote in quo major circumspicio requiritur. An vero suspensio ista sit lata, an ferendae sententiae, lis est inter DD. R. 6. Ordinans in aliena dioecesi sine consensu Ordinarii, ipso jure suspensus est ab exercitio Pontificalium, & a collatione etiam primae tonsurae, cum & ista sit actus Pontificalis, Trident. Sess. 6. cap. 5. de reform. ab hac tamen poena probabiliter excusat bona fides.

TITULUS XII.

De Scrutinio in ordine faciendo.

De hoc agitur in Decreto Can. 2. & segg. d. 23. & d. 24. & 51. Can. 5. & in Trident. Sess. 23. cap. 7. 12. 16. de reform.

1. Nota, nomine Scrutinii hic non venire modum eligendi, sicut c. 42. de elect. nec examen catechizandorum, sicut c. 2. de capell. monach. sed examen ordinandorum super aetate, moribus, aliisque qualitatibus ad ordinationem necessariis. Tale scrutinium est triplex: primum fit a Parocho, vel ab alio deputato, qui Sacris initiandos publice in Ecclesia uno mense ante ordinationem proponit, inquirendo de illorum idoneitate, Trident. Sess. 23. c. 5. de reform. Hoc scrutinium in multis dioecibus, praesertim Germaniae non est in usu, sed sufficiunt litterae testimoniales magistrorum. Secundum fit ab Episcopo, vel ejus Vicario, aliisque examinatribus deputatis feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando Episcopo videbitur Trid. Sess. 23. cap. 7. de reform.

In Const. Bened. XIV. Et si minime 7. Feb. 1742. monetur Episcopi, ut in hoc scrutinio possimum inquirant circa scientiam doctrinae christianae, & usque promovendi docere debeant, se in instruendis hae ipsa fidelibus adjumento fuisse Parochis.

Tertium fit in ipsa ordinatione, dum Episcopus de ordinandis in Diaconos & Presbyteros interrogat Archidiaconum, aut facellanum: scis illor dignos esse? &c. ille responder: quantum humana fragilitas nosse sinit, & scio, & refector ipsos dignos esse ad hujus onus officii c. un. h. t. & Pontif. Roman.

2. Q. I. Quid inquiratur in scrutinio secundo? R. 1. Genus, an ordinandus natus sit ex parentibus catholicis, ingenuis, legitimo toto conjunctis, an baptizatus. Origo ex neophyto, vel Judaeo plerumque non obest. 2. Aetas legitima. 3. Titulus mensa. 4. Persona, an sit irretita censuris, vel irregularitate. 5. Institutio, & mores, fides catholica, & alia, de quibus tit. praeced. n. 17. Denique doctrina, quae probanda est per actuale examen, cui omnes ordinandi etiam Regulares subjiciantur Trid. cit. Sess. 23. c. 12. de ref. nisi specialiter sint exempti.

Vide notata Elencha VI. n. XLV. &c.

3. Q. II. An ordinandus teneatur in examine prodere suum defectum oculum, solo jure Ecclesiastico impedimento ordinationis? Negat Pichler, sed melius R. affirmative. Ita Abb. Konig, &c. nam talem obligationem satis indicant aperte Sac. Canones: enim Can. 55. & 56. d. 50. & Can. 5. d. 81. jubentur deponi, qui ordinationis tempore se non proderunt fuisse lapsos, aut penitentes, aut alio modo contra regulas Ecclesiasticas irreverunt ad sacram militiam; deponitio autem supponit culpam gravem. Ratio est, quia Episcopus habet jus interrogandi ordinandum, an aliquo defectu laboret; ergo interrogatus habet obligationem fatendi veritatem, alioquin Sac. Can. facile cluderentur in maximum dispendium disciplinae Ecclesiasticae: tum quia sequerentur plurima incommoda, si ex post facto talis defectus innotesceret. Nec in tali casu ordinandus cogitur se difamare, quia abstinentes ab ordinatione, nullam infamiam incurret: favor autem

ordinis non aliter ei conceditur, quam sub conditione habitatis a jure requisitæ.

4. Q. III. An Archidiaconus, privata notitia sciens aliquem indignum, in tertio scrutinio ab Episcopo interrogatus, possit respondere ordinandos dignos esse? R. Affirmative: nam interrogatur, & respondet ut persona publica, sub qua ratione verum dicit ex notitia publica, quod scilicet ordinandi sint publice digni, seu pro talibus habeantur. Si tamen defectus iste prius ei innotuit, tenetur admonere Episcopum, & ordinandum, si hac admonitione profutura speratur; vel pro hac vice declinare munus presentandi: at si defectu probationum nullum sperat effectum, nec officium presentandi declinare valet, sequi poterit responsum mox datam.

5. Q. IV. Quæ sit pena ordinantium, & ordinatorum sine scrutinio? R. 1. Ordinans ignotum, de cujus idoneitate non constat, arbitrarie puniatur: ordinans vero cum notitia impediendi, privatur potestate ordinandi, Canon 55. d. 50. Ordinatus furtive sine scrutinio, suspendendus est ab exercitio ordinis Canon. 50. d. 24. donec Episcopus cum illo dispenset. 2. Non detegens in examine suam defectum, si is postea detegatur, deponi jubeatur, Canon. 55. d. 50. Ordinatio tamen furtive irrepens est valida, nisi Episcopus expressam contrariam voluntatem haberet tales non ordinandi: quæ tamen non presumitur, cum protestatio Episcopi sit tantum comminatoria, & cujusdam disciplinae significativa.

A qua tamen protestatione presat, ut Episcopus abstineat, ne cum maximo totius christiane Reipublice detrimento, & perturbatione dubii, atque incerti ministerii sacris ministeriis addicatur, ut optime monet Bened. XIII. lib. VIII. de Synod. diac. cap. 11. n. 1. Vide addita tit. XI. de temp. ord. post n. 15.

TITULUS XIII.

De Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit Episcopatu, vel excommunicato.

Agitur de hac materia Canon. 18. venum 1. q. 1. & Canon. 24. & seq. 1. q. 7. & 9. q. 1.

1. Q. Quid statuat in h. t. R. 1. Episcopus, qui renuntiavit Episcopatu, cum desinat esse proprius, jure ordinario nullos ordines conferre potest, arg. c. 1. h. t. 2. Qui renuntiavit loco, & officio simul, hoc est, abdicando se cura Episcopali, & derelinquendo titulum, ac dignitatem Episcopi, ex delegatione, & licentia proprii Episcopi conferre potest solum ordines minores, cum hos conferre valeant Abbates, & alii Sacerdotes ex delegatione, non tamen majores, cum hos conferre sit proprium Episcopi; is vero, qui renuntiavit loco, & officio, non dicitur amplius Episcopus.

Vide Elench. II. n. CLXIX. At si renuntiavit tantum loco, seu administrationi Episcopali, ex delegatione conferre potest ordines majores, cum adhuc retineat titulum, & dignitatem Episcopi c. 1. h. t.

III. Scienter ordinati ab Episcopo renuntiant loco, & officio, suspenduntur ab executione ordinum, donec dispensentur a Papa; at ignoranter ab eo ordinati, suspenduntur quidem, donec ab Episcopo proprio dispensentur. Hæc tamen suspensio non est proprie censura, sed quedam irregularitas, quæ etiam ab ignoranter incurri potest. ibid.

3. IV. Ignoranter ordinati ab Episcopo excommunicato, suspensio, deposito, vel heretico dispensari ad exercitium ordinum possunt a suo Episcopo successore excommunicato, aut deposito: imo probabiliter ab eodem Episcopo, ubi fuerit absolutus a censuris cap. fin. h. t. Canon. ordinantes 9. q. 1. at cum scienter ita ordinatis foku Papa dispensat. arg. a 5. cap. Ceterum ordinationes a quocumque vero Episcopo factæ, etiam a degradato, & heretico, ceteris concurrentibus, sunt valide, cum procedant a characterè Episcopali, licet dicantur irritæ, & nullæ quoad effectum, seu executionem ordinum susceperunt: quo sensu explicantur Canon. 1. & seq. 9. q. 1.

TITULUS XIV.

De Etate, qualitate, & ordine Praeficiendorum.

De hac materia agitur in Sexto, & Clem. h. t. In Decreto d. 21. 23. 24. &c. d. 49. 50. 51. 59. 60. & in 9. q. 1. 2. & in 15. q. 8. In Trid. sess. 7. c. 3. sess. 22. c. 2. sess. 23. c. 6. de ref. sess. 25. c. 21. 22. de Regg. & sess. 25. c. 7. de refor.

Nota, Clericos ordinibus initiatos solere praefici beneficiis, & dignitatibus; ne vero inepti praeficerentur, provifum est a Sac. Canonibus, quæ etas, qualitas, & ordo in praeficiendis sint necessaria.

1. Q. I. Quæ etas requiratur in praeficiendis? R. 1. Ad Papatum nulla etas est praefinita, decet tamen Papam esse in etate, in qua Christus predicare cepit, scilicet 30. annorum, quæ etas requiritur in Episcopis c. 7. de Elect. at pro Cardinalatu ex Const. Sixti V. incip. Postquam non requiritur major etas, quam quæ sufficit ad eorum ordinem Diaconatus, vel Presbyteratus, vel Episcopatus. 2. Ad Archidiaconatum vero, & alias dignitates inferiores Episcopatu, uti etiam ad beneficia curata, quibus principaliter annexa est cura animarum, requiritur annus 25. inchoatus. c. 7. de elect. Trid. sess. 24. c. 12. de ref. Ad alias vero dignitates, & personatus, quibus cura animarum non subest, vel non nisi accessorie, & secundario, sufficit, & requiritur annus 22. completus, cum Trid. loc. cit. dicat non sit minor 22. annis. 3. Ad Canonatus, praebendas, & portiones Ecclesie cathedralis sufficit etas aetas, ut infra tempus a jure praescriptum, hoc est, intra annum, recipi possit ordo sacer, quem talis Canonatus, praebenda, aut portio requirit, Trid. ibid. In Germania ex consuetudine non requiritur Subdiaconatus in Canonico, nisi dum admittendus est ad actus capitulares cum voce activa, & passiva. 4. Ad beneficia simplicia inferiora, itea ad Canonatus Ecclesie collegiate etiam insignis, cum de his nihil speciale statuatur, sufficit an. 14. inchoatus, Trid. sess. 23. c. 6. de ref. nisi in fundatione minor, vel major etas requiratur. Cum etas ad beneficia praefinita sit a jure communi, nullus Papa inferior in ea dispensare potest c. 2. h. t. ubi institutio fecus facta dicitur omnino viribus careere. At si etas requiritur solum ex particulari statuto, poterit in ea Episcopus dispensare. In dubio antecedente promotionem, promovendus probare debet, se esse in legitima etate, cum in ea funder suam intentionem l. 44. ff. de minorib. l. 9. C. de probat. at in dubio consequente, etas presumitur in promotio; & impugnant promotionem probare debet, tempore promotionis non adfuisse legitimam etatem.

2. Q. II. Quæ qualitates requirantur in praeficiendis? R. Hæc duæ, gravitas morum, & literarum scientia c. 7. de elect. sub quibus ceteræ continentur, quas in ordinando, & eligendo requiri suis locis dictum est. Unde iis casibus, quibus ab defectum alicujus qualitatibus in eligendo redditur electio irrita, etiam irritam esse collationem communis DD. asserit. Juxta Trident. sess. 22. c. 2. & sess. 23. c. 18. circa finem ibi: de cetero vero officia, & sess. 24. c. 8. 12. 16. de ref. tanta in praeficiendis requiritur scientia, ut Episcopi, scholastici, Archidiaconi, vicarii generales Episcoporum, Canonici penitentiarum, Praelati jurisdictionem in foro externo habentes sint magistri, vel licentiatii Sac. Theologiae, vel Sac. Canonum, quia his maxime incumbit docere, & judicare secundum Sac. Canones. Quod tamen non ubique servatur, cum scientia ista per alios supplet possit, ut proinde sufficit scientia mediocri. Si vero Regularis promovendus est in Episcopum, non requiritur in eo gradus, & testimonium ab universitate datum, sed sufficit quod a superioribus sua Religionis similem fidem de doctrina theologica, aut Canonica habeat, Trid. cit. sess. 22. c. 2. de refor. Ceteri proportionaliter suo beneficio scientiam sufficientem habere debent v.g. Parochus circa ea, quæ ad populum intrudendum, & Sacramentorum administrationem sunt necessaria &c. Ceterum collatio facta profluus illiterato, est ipso jure nulla; facta vero minus literato, est irritanda, cum sit contra Sac. Can. c. 17. & 22. de elect. nisi intra breve tempus beneficiarius necessariam sibi scientiam comparare veller.

3. Q. III.

3. Q. III. An ex fundatione, statuto, aut consuetudine in praeficiendo requiri possint alie qualitates praeter a jure comm. statutas? R. Affirmative: nam honestæ conditiones, & dispositiones circa praeficiendos permittuntur a jure; sic Trid. sess. 24. cap. 12. de refor. ait: ubi vero consuetudo laudabilior habet, ut plures, vel omnes Canonici sint Presbyteri, omnino observetur.

4. An vero consuetudo, quæ viget in quibusdam Ecclesiis cathedralibus praefertim Germaniae, non recipiendâ in Canonicos, nisi nobiles ceteroquin dignos, sit licita, & rationalis? merito dubitant DD. Affirmant Piching. Schmalz. Piehler &c. Multi vero dicunt esse corruptelam, quam Papa tolerat ad majora mala evitanda. Greg. IX. talem consuetudinem antiquam inviolabiliter observatam in Ecclesia Argentinenfi rejicit, subdendo rationem summa ponderatione dignam: quod non generis, sed virtutum nobilitas, utique bonitas gratum DEO faciunt, & idoneum servitorem, ad cuius regimen non multos secundum carnem nobiles, & potentes elegit, sed ignobiles, ac pauperes, eo quod non est personarum acceptio apud ipsum.

5. Q. IV. An sub gravi obligatione dignior praeficiendus sit pro minus digno? R. Affirmative, & opposita sententia damnata est ab Innoc. XI. n. 47. Prob. ex Canon. 19. d. 63. ubi Leo Papa reprobavit optimum esse praeficiendum, & S. Hier. in Canon. 15. licet 8. q. 1. recte ait eligendum esse Sacerdotem, seu Episcopum, qui praestantior est ex omni populo, qui doctor, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior: & Trid. sess. 24. c. 1. de refor. gravissime inculcat hanc obligationem, dicendo electores, & alios collatores, alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesie magis utiles ipsi judicaverint, praefici diligenter curaverint. Ratio est, quia, ut loquitur Trid. sess. 6. c. 1. de refor. Ecclesiasticum regimen est onus angelicis humeris formidandum; ergo ad illud eligendi sunt digniores, & quantum fieri potest dignissimi, tum quia eligendo minus dignum pro digniore Ecclesie multum nocent, aperitur via ambitionis, inducitur periculum eligendi indignum, dum hoc ipso, quod quis non appareat indignus simpliciter, judicatur dignus: denique committitur acceptio personarum, quæ ex genere suo est peccatum mortale contra justitiam distributivam, cum attribuitur personæ aliquid præter proportionem dignitatis suæ; ergo. Vide S. D. 2. 2. q. 63. a. 2. & seq. & q. 185. a. 3. Porro ille dicitur simpliciter dignus, qui praeditus est omnibus qualitatibus jure requisitis; & qui in his qualitatibus excellit, dicitur dignior: qui vero harum qualitarum aliqua caret, vocatur indignus. Est autem major dignitas defumenda, non præcise ex majori pietate, vel scientia, vel nobilitate, sed ex omnibus animi, & corporis dotibus, ita ut praeficiendus melior, & utilior Ecclesie credatur futurus. Hæc doctrina procedit in praeficiendis Episcopis, maxime Romano, Cardinalibus, Praelatis secularibus, & regularibus, curatis animarum, imo & simplicibus beneficiis, c. un. de Eccl. benefice. licet promotio digni præ digniore, si raro fiat, ad beneficium simplex, non videatur excedere veniale.

6. Q. V. An dantur aliqui casus, in quibus praeficiatur dignus omisso digniore? R. Affirmative, 1. si renuntiationes fiant ex causa permutationis, 2. si patronus laicus praesentet dignum, & idoneum; tunc enim Episcopus tenetur eum instituire, licet alioquin patronus peccet. Trid. sess. 24. c. 18. de ref. Episcopus autem, & patronus Ecclesiasticus, ubi concursus ad beneficia viget, tenentur ad digniorem, alioquin proviſio erit subreptitia, ibid. 3. Elector ad impediendam electionem indigni potest suffragari digno præ digniore, quia sic magis procurat bonum Ecclesie, 4. Si excellentis dignitatis in uno ex pluribus non sit valde notabilis, vel de eo dubietur, quia tunc parum pro nihilo reputatur.

7. Q. VI. An, & cui tenentur ad restitutionem, qui relicto digniore, praeficiunt Ecclesie minus dignum? R. 1. Tenentur ad restitutionem, & reparationem omnium damnorum, quæ ex tali proviſione obveniunt: nam licet justitiam commutativam, cum ex quasi contractu obligatus fuerit procurare majus bonum Ecclesie, 2. Ipsi autem digniori omisso, silem extra concursum, & si dolo malo eum non impedit a consecratione beneficii, probabilis non tenentur ad ullam restitutionem.

tem: tum quia dignior non habuit ullum jus questum actum: tum quia lesa solum est respectu illius justitia distributiva: restitutio autem est actus justitiae commutativæ. S. D. 2. 2. q. 63. a. 1.

8. Q. VII. Quis ordo requiratur in praeficiendis? R. 1. Ad beneficium quocumque Eccl. prærequiritur, in praeficiendo saltem prima tonsura: nam per c. 6. de Transact. beneficii capax non est, nisi sit actu Clericus. Excipe Papatum, quia ad hunc electio opponi nequit, quod sit laicus c. 6. de elect. 2. Ad Cardinalatum requiritur ordo gradui proprius, cum Cardinales supremi sint Episcopi, medi Presbyteri, & infimi Diaconi. Sufficit autem, si intra annum talem ordinem suscipere possint. 3. Promovendus in Episcopum debet esse antea Subdiaconus saltem per sex menses c. 9. h. t. Trid. sess. 22. c. 2. de refor. ceteros autem ordines intra tempus a jure praescriptum suscipere debet.

Vide Elencho VI. n. XXXIX.

4. Ad dignitatem, vel praebendam, cui cura animarum in foro interno, aut externo principaliter annexa est, requiritur Presbyteratus saltem intra annum suscipiendus c. 1. h. t. 5. Canonici cathedralis habentes vocem in capitulo, debent esse saltem Subdiaconi, vel Diaconi, & media pars Presbyterorum, Trid. sess. 24. cap. 12. de refor. In Germania autem dantur etiam Canonici primo tonsurati, aut minoribus, qui licet vocem non habeant in capitulo, tamen habent silem in choro, & exerceere possunt actus extracapitulares, ut nominare ad beneficium &c. In ceteris praeficiendis ad alia beneficia quoad ordines nihil speciale a jure determinatum est, sed observanda erit consuetudo, voluntas fundatorum &c.

Vide Addit. ad tit. 5. de Prob. &c.

TITULUS XV.

De Sacra Unctione.

De hac agitur d. 64. 65. 95. & d. 1. de Consecr. per plures Cann. in Trident. sess. 7. Can. 1. & seq. de consecr. & sess. 14. cap. 1. Sum est cuncti q. de sac. extrem. unctio.

1. Nota titulum istum incidenter hic poni, quia in ordinationibus Clericorum unctiones adhibentur. Agitur autem hic non de unctione interiori pro gratiam, sed de exteriori, quæ secundum ritum Ecclesie fit per oleum, aut simplex, aut balsamo mixtum, sed christina ab Episcopo benedictum. unctiones sacramentales sunt quinque, scilicet in consecratione Episcopi, in ordinatione Sacerdotis, in Sacramento Baptismi, Confirmationis, & extremae unctionis. Extracramentales sunt in coronatione Regum, dedicatione altarium, & Ecclesiarum, benedictione calicum.

2. Q. I. Quo oleo quid unguendum sit? R. 1. Papa chrisimate ungitur in capite ad significandam personam Christi summi capitis, & Episcopus in capite, & manibus, 2. Sacerdos oleo simplici catechumenorum ungitur in manibus, & Reges in brachio dextero ad significandum Principatum. 3. Baptizandus ante baptismum ungitur in pectore, & scapulis oleo catechumenorum; post baptismum vero chrisimate in capite. 4. Confirmandus chrisimate signatur in fronte. 5. Oleo infirmorum ungitur soli moribundi. 6. Ecclesia in dedicatione in parietibus, & calices in superficie ungitur chrisimate; altaria vero prius oleo simplici, deinde chrisimate in cornibus. Canon. 32. d. 1. de Consecratione.

3. Q. II. An unctiones istæ sint de essentia baptismi, ordinis Episcopalis, & Sacerdotalis? R. Negative; nam 1. tota essentia baptismi salvatur in ablutione per aquam elementarem, & verbis ego te baptizo &c. 2. Consecratio Episcopalis salvatur in impositione manuum cum sua forma, & ordinatio Sacerdotalis in traditione patris cum hostia, & Calicis cum vino in ordine ad verum Corpus Christi, & in impositione manuum in ordine ad Corpus Christi mysticum. Unde unctiones istæ sunt ritus solum accidentales, sub gravi tamen obligatione adhibendi; & si omisi sunt, suppleudi, c. un. h. t. At unctio chrismatica in confirmatione, & unctio infirmorum sunt essentialia sacramento confirmationis, & extremae unctionis, quia alias forma non verificaretur. Ceterum oleum simplex est

est materia dubia confirmationis; adeoque in praxi sequenda est sententia tutor, docens chrismata esse de essentia confirmationis, conformiter Conc. Florentino in Decr. union. de quo plura theologi. Oleum autem carthemenorum, & infirmorum, licet diversas benedictiones habeant, substantialiter non differunt, adeoque unum usurpatum pro altero non vitiat unctionem.

4. Q. III. An confessio chrismatis a Papa committi possit simpliciter Presbytero? R. Negative, quia in Florentino benedictio chrismatis ab Episcopo facienda ponitur per modum substantialis requisiti. Quod ipsum probat traditio, & usus Ecclesie. Porro oleum illud debet esse proprie tale, seu olivarium, & tam hoc, quam chrismata, novum, seu hoc anno ab Episcopo benedicendum. Can. 18. de Consecr. d. 3. In casu urgentis necessitatis potest adhiberi vetus, uti & in minori quantitate de oleo non benedicto affundi potest ad benedicendum, cum major pars benedicta trahat ad se maiorem non benedictam, ex Ritual. Rom. de extr. unct. & decr. Sac. Inquisitionis 23. Sept. 1682. Significat autem oleum nitorem conscientie, & balsamum odorem bonae fidei, &c.

Confirmatio Sacramentum respectu baptizatorum a Presbyteris Græcis in Instrucone Bened. XIII. ad Missionarios in universo Ægypto &c. Et quavis 4. Maji 1745. §. 4. Quod attinet declaratur, quod, quavis Græcis in Italia, & Insularum adiacentium expresse veritas sit administratio confirmationis illico post baptismum ab eodem ministro facta, ex parentia tamen, & facilitate S. Sedis ab eodem Sacerdote in Oriente simulante Græcis conferunt.

In Confis. autem ejusdem Pontif. Edi. Paternalis. 6. Maji 1742. de Dogmatibus, & ritibus ab Italo-Græcis tenendis, atque servandis hac statuitur. §. 3. Ut Episcopi licet infantes, seu alios in suis diocesis baptizatos a Græcis Presbyteris absolute chrismate in fronte signatos confirmant; sub conditione tamen, si verosimiliter dubitari possit, an ab Episcopis Græcis ordinem baptismi juxta eorum Euchologium servantibus fuerint baptizati. Sic etiam confirmare debent, si ex dispensatione Apostolica Græcorum aliquem ordinaverint baptizatum a Presbytero Græco in Italia, vel adiacentibus Insulis, similiter sub conditione, strationabile dubium esse posse an ab Episcopo Græco fuerint baptizati. Confirmatio vero a simpliciter Sacerdote non est cogenda, ut confirmetur ab Episcopo, si ex tali conditione scandala oriri possint; monendus tamen est a locorum Ordinariis, cum graviter peccare, si cum possit confirmari, veniat, ac negligat. Ubi Græcis catholicis Episcopis haberi potest, latini Ordinarii curare debent, ut ab illo potius, quam a se, ut supra baptizati confirmentur §. 4. Ut Presbyteri Græci cogi nequeant alia olea prater chrismata ab Episc. latinis accipere; & prout debent illud accipere ab Episc. schismaticis, & etiam a quocumque alio Episc. latino, seu Græco catholico, prater suum Ordinarium latinum. De extrema unctione vide Elench. VI. n. XX. & XXI. &c.

TITULUS XVI

De Sacramentis non iterandis.

Agitur de hac materia in Decreto d. 68. Canon. 2. & Canon. 21. Saluberrimum in fin. 1. 4. 7. & Canon. 84. & seqq. d. 4. de Consecr. De reiterantibus baptismum est specialis tit. 9. lib. 5. In Codice lib. 1. tit. 6. in Trid. sess. 7. Can. 9.

1. Q. I. Quot Sacramenta sint iterabilia? R. Tria, que characterem imprimunt: Baptismus, Confirmatio, & Ordo. Si quid accidentale omittum est, ceremonie suppletur; si vero quid substantiale in materia, & forma non fuit adhibitum, Sacramentum de novo cum solitis ceremoniis conferri debet; quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum cap. fin. de Presb. non baptiz. 2. Si in confirmatione non chrismata, sed oleum simplex est adhibitum, probabilis iteranda est in chrismate c. 1. h. t. quia re ipsa non iteratur, sed suppletur defectus substantialis. Idem dic si in ordinatione Sacerdotis omissa est manus impositio, vel aliud quid substantiale. 3. Si Episcopus unctus est oleo, & balsamo artificiali, non est repetenda

unctio: tum quia hæc non est de substantia consecrationis Episcopalis; tum quia ita respondit Sedes Apostol. de hoc consultata, tunc P. Wiestner, n. 15.

Circa iterationem baptismi vide additiones meas tit. 42. lib. 3. &c.

2. Q. II. An consecratio, vel benedictio rerum iterari possit? R. Regulariter loquendo negative: nam c. 2. h. t. talis iteratio prohibetur. Ratio est quia benedictio stabiliter adhaeret rei, ergo quamdiu res manet, censetur manere benedictio. Unde 1. Sacrarum vestium benedictio non iteratur, nisi destructa forma, vel esse definant. 2. Calix, detricto auro, non est reconsecrandus, cum priorem formam non amittat: ob quam rationem aliqui DD. putant calicem de novo in superficie deauratum non esse reconsecrandum; sed oppositum videtur verius, quia per deaurationem induitur nova superficies contactiva Sanguinis Christi; ergo cum consecratio calicis fiat propter superficiem contactivam Sanguinis Christi, & superficies nova non consecrata adveniat, hæc consecranda est. Vide hic nostras resolutiones Canonicas. At contra, si Ecclesia consecrata dealbetur, non est reconsecranda, quia consecratio Ecclesie non fit propter contactum; ergo etsi nova superficies per dealbationem ei adveniat, non tollit priorem consecrationem. Plura de his tit. 40. de Consecrat. Eccl. lib. 3.

3. Hæcenus de ordinationibus: nunc de quibusdam impedimentis, seu defectibus ordinandorum, qui dicuntur irregularitates, de quibus generaliter lib. V. tit. de par. quique his vericulis comprehenduntur.

Infirmus, demens, vitiat, femina, servus, infans, novus, ignorans, baptizatus peccans, Ordineve, occidens mutilans, bigamusque, natusque, hæresis, obstrictus, pauper, puer, exulat aris.

Infirmus est, qui laborat morbo diuturno incurabili, ut epilepsia, seu morbo caduco, paralyti, furore &c. Nonine femina venit hic hermaphroditus, præsertim si sexus femineus prævaleat. Novus, est neophytus recens baptizatus; Peccans baptizatus, vel ordine, quo baptizatus, vel ordine reiterat, vel suspensus ordinem exerceat, ut dicitur lib. V. Nomine obstricti venit obligatus ad rationem. Nomine pauperis non venit pauper honestus, sed persona vilis contenta sub infamibus. Nomine pueri venit infans, non habens usum rationis. De ceteris, vel jam dictum, vel suis locis dicetur.

TITULUS XVII

De filiis Presbyterorum ordinandis, vel non.

De his agitur in Sexto h. t. In Decreto d. 56. in Trid. sess. 25. cap. 15.

1. Nota, hanc rubricam esse unam de illis, que sunt strictiores nigro, seu textu supposito juxta illud: Rubrum aliquando est amplius nigro, & nigrum aliquando est amplius rubro: nam hic non tantum agitur de filiis Presbyterorum, sed etiam de aliis illegitime natis ordinandis, vel non, ut in aliis exemplaribus manuscriptis additur. Sunt autem illegitimi, qui nati sunt ex parentibus legitimo matrimonio non conjunctis. Tales sunt 1. Naturales, seu nobis, aut bastardis, qui nati sunt ex parentibus solutis, inter quos matrimonium consistere potuit tempore conceptionis, vel saltem natiuitatis, aut intermedio. 2. Spiritus de jure Can. dicuntur, qui nati sunt ex parentibus, inter quos matrimonium uno ex his tribus temporibus consistere non potuit propter aliquod impedimentum dirimens: & horum aliqui dicuntur nati ex damnato coitu, ut adulterio, & incestu; quod si incestus fuit in linea recta, nati ex sacrilegio propter solenne votum castitatis, & nati ex eo dicuntur nefarii. Quidam de jure civili dicuntur etiam illos esse furios, qui nati sunt, non ex concubina, sed alia meretricie. Denique jure Can. etiam illi habentur pro illegitimis, qui nati sunt ex parentibus matrimonio junctis, ex quibus tamen uterque, vel alteruter eorum votum solenne castitatis in Religione, aut sacro ordine.

2. Q. I. Qui ab defectu natalium sunt irregulares? R. 1. Illegitime nati extra matrimonium cap. 1. h. t. in 6. nisi dispensentur. 2. Nati ex matrimonio legi-

gitime, sed geniti, postquam patre assumptis sacrum ordinem cum licentia uxoris c. 14. h. t. cujus dispositio comprehensive amplius ad patrem Diaconum, & Subdiaconum propter votum solenne castitatis. At jure civili ita nati habentur pro legitimis in ordine ad hereditatem, & jura filiorum.

3. Q. II. Quomodo illegitimi habilitari possunt ad ordines, & beneficia? R. I. per subseqens matrimonium. II. per restitutionem natalium rescripto Papa factum.

Vide Fagnan. in cap. Ad extirpandas hoc eod. tit. n. 33. &c.

III. Per dispensationem IV. Per professionem Religiosam. Priores duo modi non habent ullam difficultatem, cum per illos filii evadant legitimi, ac si ex legitimo matrimonio nati fuissent. Circa duos posteriores aliqua hic resolvenda sunt.

4. Q. III. Quis dispensare possit cum illegitimis? R. 1. Ad ordines sacros, beneficia curata, dignitates, & personatus solus Papa dispensare potest, etsi illegitimitas sit occulta, c. fin. h. t. & c. 1. eod. in 6. nam inferior relaxare nequit jus Superioris, præsertim cum hoc distincte prohibetur c. c. fin. Nec obstat Trid. sess. 24. c. 6. de ref. nam ibi conceditur Episcopo facultas dispensandi in irregularitatibus occultis ex proprio delicto ortis, non ex alienis, uti est irregularitas ex defectu natalium. Notat tamen Schmalz, Episcopum dispensare posse cum eo qui bona fide, ignarus sue illegitimitatis, sacros ordines suscepit, in eis ministrare possit, modo impedimentum sit occultum. 2. Ad Ordines minores, & beneficia simplicia, quibus non est annexa dignitas, personatus, vel sacerdo, uti annexus est Canoniceus cathedralis, dispensare potest Episcopus, & alii Prælati in suo territorio jurisdictionem quasi Episcopalem exercentes c. 1. h. t. in 6. Porro dispensatio super illegitimitate, cum sit odiosa, & exorbitans a jure communi, stricte est interpretanda. Unde in dispensatione ad ordines non veniunt majores, sed minores; ad Episcopatum non venit Archiepiscopatus; ad beneficia non veniunt curata, dignitates, personatus, Canoniceus cathedralis, sed simplicia &c. nam qualitates excellentiores sunt specialiter nota dignæ; ergo non veniunt, in dispensatione, nisi exprimentur.

5. Q. IV. An dispensatio ad ordines ad sacros ordines opponatur clausula a Sede Apost. Dummodo paternam indolentiam imitator non sit. Ex decr. Cong. Conc. 23. Decemb. 1596. relata a Benedicte XIV. lib. XIII. de Synod. c. 24. n. 22. hinc non aliter per Episcopum executionem fatiisit - quam in querendo; quod nihil bonis moribus indignum competerit - Quod si integro decennio dispensandus probe vitæ, debet exequi literas dispensationis, quavis prius indolentia nominis suspectus esset. Sed hoc casu debet Episcopus accuratus inquirere ad diluendum prioris vitæ suspicionem. &c.

6. Q. V. Ad quid professio religiosa habilitat illegitimos? R. 1. Ad omnes ordines etiam sacros Canon. 1. d. 56. & c. 1. h. t. ibi: nisi fiant monachi, puta facta professione: nam hunc favorem meretur status Religiosus. 2. Professio non habilitat illegitimum ad Prælatum, & dignitates c. c. 1. h. t. ibi: prelationes vero nullatenus habent. At capitulum generale, vel provinciale ex concessione Sixti IV. quam, non obstante revocatione Sixti V. renovavit Greg. XIV. potest cum Religioso illegitimo dispensare ad prælatum. Vide Rodriq. tom. 1. 99. Regg. q. 15. num. 6. secus extra italia capitula dispensare in hoc jure communi potest solus Papa. 3. Item ex Constit. Greg. XIV. incip. Circumspecta 1590. idib. Martii §. 2. & 3. vivente patre filius illegitimus non potest in idem monasterium, vel eandem Religionem admitti, nec paterni criminis memoria reficetur.

7. Q. VI. An expositi, & hi, de quorum legitimis natalibus dubitatur, habendi sint pro legitimis, ut sine dispensatione ad ordines admitti possint? R. Affirmative. Ita Menoch. Barbof. & alii contra Covarruv. Garc. &c. nam in dubio fortior est presumptio prolegitimitate: tum quia peccatum excludit, & concernit favorem prolis c. 14. qui fil. legit. tum quia onus probandi transfert in adversarium c. 5. 1. 1. eod. tum quia legitime nati sepe experiantur, vel ob paupertatem parentum, vel ob aliam causam.

8. Q. VII. An expositi, & hi, de quorum legitimis natalibus dubitatur, habendi sint pro legitimis, ut sine dispensatione ad ordines admitti possint? R. Affirmative. Ita Menoch. Barbof. & alii contra Covarruv. Garc. &c. nam in dubio fortior est presumptio prolegitimitate: tum quia peccatum excludit, & concernit favorem prolis c. 14. qui fil. legit. tum quia onus probandi transfert in adversarium c. 5. 1. 1. eod. tum quia legitime nati sepe experiantur, vel ob paupertatem parentum, vel ob aliam causam.

habuit beneficium quocumque; promoti vero inde ad movendi sunt c. 2. 3. 4. 15. 16. h. t. & Trid. sess. 25. c. 15. de ref. ubi ratio datur: ut paucera inconducunt memoria locis Deo sacratis longissime arceatur. 2. Filii legitimi Presbyterorum, qui ex matrimonio ante sacrum ordinem inito procreati sunt, possunt in eadem Ecclesia simul, vel successively obtinere diversa beneficia c. 12. h. t. ar. in eodem beneficio filius immediate non potest succedere patri, nisi mediet extranea persona, Trid. sess. 25. c. 7. de ref. ut evitetur hereditaria successio sacris constitutionibus odiosa, & Patrum decretis contraria. De his successibus vide Barbof. Garc. &c.

Ex decretis Cong. Conc. relata a Bened. XIV. lib. XIII. de Synod. dicit. cap. 24. Filius illegitimus patris jam defuncti neque potest audire confessiones in Ecclesia, quam pater uti Parochus obtinuit. Quod locum habet, etiam si Parochiam, intermedia persona, obtinuerit. Non prohibetur autem, quominus possit esse capellanus amovibilis, ubi pater fuit pariter capellanus amovibilis. Item pater legitimus potest obtinere etiam immediate beneficium filii illegitimi defuncti. Insuper nepos legitimus ex patre illegitimo progenitus capax est beneficii quod avus antea possedit. Capax pariter est beneficii filius legitime natus ex patre naturali legitimo.

Ex Constit. S. Pii V. 27. Jan. 1571. Quæ Ordini Clerici prohibentur scribere heredes suos filios illegitimos, aut quidquam tam ex Ecclesie redditibus, quam ex patrimonialibus bonis provenientes ipsam testamenta relinquere, eorumque filii, ac descendentes, consanguinei, & affines, sive disti filii illegitimi superstites sint, sive ante obierint. Probat tamen Pontifex c. cap. n. 21. his filii debent alimentum non minus ex bonis patrimonialibus, quam ex redditibus Ecclesiasticis: & quoad eorum consanguineos Pii Constit. intelligendam esse tantum de legato iis eo consilio relicto, ut in eorumdem filiorum illegitimorum commodum cedat. Vide Passarin. de Election. cap. 15. num. 231. & seq. &c.

9. Q. VIII. An expositi, & hi, de quorum legitimis natalibus dubitatur, habendi sint pro legitimis, ut sine dispensatione ad ordines admitti possint? R. Affirmative. Ita Menoch. Barbof. & alii contra Covarruv. Garc. &c. nam in dubio fortior est presumptio prolegitimitate: tum quia peccatum excludit, & concernit favorem prolis c. 14. qui fil. legit. tum quia onus probandi transfert in adversarium c. 5. 1. 1. eod. tum quia legitime nati sepe experiantur, vel ob paupertatem parentum, vel ob aliam causam.

TITULUS XVIII

De Servis non ordinandis, & eorum manumissione.

Agitur de hac materia in Decr. d. 54. Plena vero notitia de servis petenda est ex jure civili in Institution. lib. 1. tit. 4. & seqq. In Pandectis lib. 1. tit. 5. 6. lib. 40. per tot. In Codice lib. 6. tit. 1. usque ad 8. lib. 7. tit. 1. usque ad 20.

1. Nota, pro intellectu h. t. servus in sensu juridico esse homines, qui ex constitutione gentium dominio alieno contra naturam subiciuntur §. 2. Inst. de jur. pers. His propinqui sunt servi adscriptitii, qui gleba, seu fundo colendo adscripti, & personaliter obligati sunt, & originarii, qui ex adscriptiis oriuntur; utriusque dicuntur homines proprii. At famuli conductitii, qui pro mercede operam suam locant, re ipsa liberi sunt. Quia vero apud christianos ob reverentiam nominis christiani, & fidei, servitus fere universaliter cessavit, brevibus hic me expediam.

2. Q. I. An servi, item adscriptitii, & originarii, ordinari possint? R. Negative; ita rubrica generalis h. t. & Can. 1. & seqq. d. 54. nam servitus dedecet statum clericalem, & ordinatio præjudicialis est dominis. Idem dic de liberto obligato ad obsequia personalia, nisi ea dominus remittat Can. 7. d. 54. In quo jure communi præter Papam alius dispensare nequit, 2. Minorista sine consensu domini ordinatus, est restitendus est, & manet servus c. 2. h. t. Si Episcopus scienter sacros ordines contulit servo, tenetur domino dare duos alios servos æque bonos, vel eorum assimilationem: servus